Le Sternum n'est pas cartilagineux comme dans d'autres animaux: il est toujours osseux & varie infiniment, tantôt il est triangulaire, ou bien ressemblant à un V romain, tantôt il est arrondi par devant, pointu par derrière, & le plus souvent rhomboïde. Situé entre les extrémités inférieures de l'arcade des clavicules, il occupe le devant de la poitrine, & ferme cette cavité. Sa face externe est presque toujours marquée dans son milieu d'une crête ou carène; ses bords sont retroussés, & c'est dans l'entre-deux que sont logés des muscles.

XXXVIII. LES OMOPLATES.

Pl. II. FIG. 1. O. FIG. 6. B.

Les Omoplates font deux petits os aplatis, comme rhomboïdes, ou arqués: ils sont placés à la partie latérale du corps sous le bord postérieur des clavicules, & la partie latérale ou bord extérieur du sternum: ils servent de base ou point d'appui aux nageoires pectorales. Tous les poissons n'ont pas d'omoplate; & pour lors leurs nageoires pectorales sont attachées au bord du sternum ou des clavicules, & plus rapprochées l'une de l'autre.

XXXIX. VERTEBRÆ THORACICÆ.

TAB. II. FIG. 2.

Hæ paucissimæ sunt, apophysis instructæ brevissimis. Foramen, quod medullam spinalem excipit, in prima vertebra amplius, in subsequens sensim angustatur.

ABDOMEN.

Abdomen thorace multo capacius est, ad anum usque seu ad caudæ basim protensum, tertiam aut dimidiam corporis partem occupat. Hujus cavum constituunt *vertebræ abdominales, costæ, ossaque pelvis.*

XL. ABDOMINIS VERTEBRÆ

TAB. I. FIG. 1. E. E. TAB. II. FIG. 3. 4.

Numero & magnitudine diversæ cavitatis amplitudini respondent, & canali, quo medulla spinalis recipitur, perviæ sunt. Processus ipsarum spinosi non solum transversis, sed etiam processibus spinosis vertebrarum thoracis longiores deprehenduntur. Transversi processus apice obtusi & spinosis breviores intra cavum abdominis inflectuntur. Insuper tres quatuorve infimæ abdominis vertebræ subtus arcu osseo instruuntur, sub quo sibi viam patefaciunt vasa abdominis majora.

XLI. COSTÆ.

TAB. II. FIG. 1. H. H. FIG. 3. C. C.

Costæ, arcus ossei, transversim abdomen cingentes, oblique deorsum tendunt, & numerum abdominalium vertebrarum adæquant. Superne crassiores & obtusiores annectuntur apicibus cujuslibet processus transversis vertebrarum, & eundo

XXXIX. LES VERTEBRES DE LA POITRINE.

PL. II. FIG. 2.

Les Vertebres, qui entrent dans la structure du thorax, sont toujours en très petit nombre, leurs apophyses sont très courtes, mais le canal vertébral est plus large dans la première vertèbre que dans la seconde, dans la seconde que dans la troisième &c. &c.

LE BAS VENTRE.

La Cavité de l'abdomen est constamment plus grande que celle de la poitrine; elle s'étend depuis cette cavité jusqu'à l'origine de la queue ou trou de l'anus, & occupe le tiers, ou la moitié du corps. Les parties osseuses, qui forment son enveloppe, sont les *vertèbres abdominales*, les *côtes* & les *os du bassin*.

XL. LES VERTEBRES DE L'ABDOMEN.

PL. I. FIG. 1. E. E. PL. II. FIG. 3. 4.

Les Vertèbres abdominales varient en nombre & en grandeur selon l'étendue de la cavité. On observe dans leur partie supérieure un trou, qui est la continuation du canal de la moëlle épinière. Leurs apophyses épineuses sont plus longues que celles des vertèbres du thorax. Leurs apophyses transverses sont beaucoup plus courtes, que leurs propres apophyses épineuses. Leur extrémité est obtuse & recourbée vers la cavité de l'abdomen. On observe en outre sur la partie inférieure du corps des trois ou quatre dernières vertèbres une arcade osseuse, sous laquelle rampent les principaux vaisseaux abdominaux.

XLI. LES CÔTES.

PL. II. FIG. 1. H. H. FIG. 3. C. C.

Les Côtes sont des arcs osseux placés transversalement & obliquement de devant en arrière sur les parties latérales du ventre. Leur nombre est pareil à celui des vertèbres abdominales; leur extrémité supérieure s'articule avec l'extrémité des apophyses transverses des vertèbres. Elles sont plus grosses à cette extrémité & diminuent vers l'ex-

attenuantur. Hæc ossa in quamplurimis piscibus desiderantur, & tunc transversî vertebrarum abdominalium processus & directione & longitudine ipsorum vices suppleant.

XLII. OSSA PELVIS.

TAB. II. FIG. 1. M. FIG. 7. A. A.

Ossa sic dicta fuere, quæ in homine & plurimis quadrupedibus abdominis cavum terminant, femoribusque connexionem præbent. Eodem etiam nomine designabo ipsamet duo ossa, quæ abdomini piscium supposita, ipsius cavum tuentur. Scapulis quoad figuram, usum, numerumque affinia sunt. Plana enim, sæpius rhomboidæa, remota a se invicem aut per marginem interiorem contigua, interdum situ obliquo, seu inversa, carinam abdominis efformant, aut planam ipsi substernunt basim. Ipsorum margini postico annexæ sunt pinnæ ventrales. Defunt hæc ossa, dum pinnæ memoratæ nullæ, & etiam si pinnæ jugulum aut thoracem occupent: si prius, hæc pinnæ claviculæ posticum marginem tenent; si posterius, sterno adhærent inter pinnas pectorales. Sin mavis, pinnæ ventrales claviculis subjacent cum ossibus pelvis, quæ sterni absientis vices suppleant.

XLIII. CAUDA.

TAB. II. FIG. 1. G. G. G.

Reliqua columnæ vertebrarum ossa ab ano ad extremum corpus protensa caudam componunt. Sequentia annotantur inter abdominis caudæque vertebrae discrimina.

1^o. Spinosos transversosque tantum processus habent abdominales vertebrae; caudales e contrario quartum spinoso proces-

trémité inférieure. Il est des poissons, qui n'ont point de côtes; mais alors les apophyses transverses des vertebres les suppléent par leur longueur & par leur direction.

XLII. LES OS DU BASSIN.

PL. II. FIG. 1. M. FIG. 7. A.A.

Les Os, qui dans tous les quadrupedes terminent la cavité du bas ventre, & donnent attache aux os de la cuisse, ont été appellés *os du bassin*. Nous conserverons le même nom à deux os, qui défendent les visceres contenus dans le bas ventre, & qui conjointement avec les côtes & les vertebres forment cette cavité. Leur nombre, leur figure & leurs usages sont les mêmes que ceux des omoplates. Ils sont plats, & comme rhomboïdes, tantôt éloigné l'un de l'autre, ou se touchant par leur bord interne. Dans certains poissons ils sont tournés obliquement de bas en haut, & forment par là la carene du ventre: tandis que dans d'autres ils sont plaqués sur le ventre. C'est au bord postérieur de ces os que sont attachées pour l'ordinaire les nageoires du ventre. Nous avons vu ailleurs, que tous les poissons n'ont pas ces nageoires, que d'autres les ont sous le gosier, & d'autres sous la poitrine; dans tous ces cas ces os manquent totalement, & l'insertion des nageoires est différente; car dans le second cas elles sont attachées au bord postérieur des clavicules; & dans le troisieme elles sont fixées, ou articulées, sur le bord postérieur du sternum ou poitral, entre les nageoires de la poitrine. L'on pourroit dire aussi, que dans ce cas-ci le sternum ou poitral manque, & que les os du bassin en font les fonctions.

XLIII. LA QUEUE.

PL. II. FIG. 1. G.G.G.

La Queue s'étend depuis la terminaison de l'abdomen jusqu'à l'extrémité du corps. Les os, qui la composent, sont la continuation de la colonne vertébrale elle-même. Il est des différences très-sensibles & constantes entre ses vertebres & celles de l'abdomen.

1^o. Les vertebres abdominales n'ont que deux apophyses transverses & une épineuse. Les vertebres de la queue au contraire, outre ces

fui oppositum cæteris aut longiorem aut æqualem. Apophyfis illa, sive processus, foramine ad basim pervia, vasa abdominis ex arcu vertebrarum abdominis inferiorum memoratæ prodeuntia, intra proprium foramen quasi sinu excipit ad caudam usque extremam.

- 2^o. Duæ etiam in quibusdam loco unius occurrunt apophyses, basi non perviæ, sed apicibus suis conniventes, canalem non abfimilem vasis abdominalibus excipiendis aptum efficiunt. Interdum etiam abdominalium ultimarum caudaliumque omnium vertebrarum apophyses transversæ scinduntur bifariam, ramum unum extrorsum, alterum vero introrsum protendentes.

Caudalium vertebrarum ultima *Tab. II. Fig. 1. L. Fig. 3. A.* verticaliter sita cathetoplatea, ex omni ambitu crenata, pinnæ caudalis radios annectit. Hæc cæteris omnibus major & latior est, sæpius triangularis. Excipiendi tantum pisces, quorum cauda aut acuta, aut apterygia dicitur: uti *Anguilla* &c.

XLIV. OSSA INTERSPINOSA.

TAB. II. FIG. 1. I. I. I. K. K.

Pinnas, seu artus, constituunt ossicula inter membranam con- duplicatam latentia, *Tab. II. Fig. 1. Q. Q. Q. R. R. R.*; pectorales pinnæ scapulis, ventrales ossibus pelvis, caudalis ultimæ vertebrarum affiguntur; quænam ossa dorsalem analemque pinnam sustinent, nunc inquirendum.

trois apophyses, en ont une quatrième diamétralement opposée à l'apophyse épineuse & qui se trouve assez constamment ou la plus longue ou égale aux autres. Cette apophyse est percée à sa base d'un trou, qui sert à loger les vaisseaux abdominaux, qui viennent de l'arcade osseuse des deux ou trois dernières vertèbres du bas ventre.

2°. Dans quelques sujets au lieu d'une apophyse il y en a deux, & qui ne sont pas percées de leur base, mais en se rapprochant l'une de l'autre par leur extrémité, elles forment tout de même un canal pour les vaisseaux abdominaux, dont nous avons déjà parlé. Il arrive aussi quelquefois, que les apophyses transverses des dernières vertèbres du ventre & de toutes celles de la queue se bifurquent, de manière qu'une branche regarde en travers, tandis que l'autre se recourbe vers l'intérieur du corps.

La vertèbre qui termine la queue *Pl. II. Fig. 1. L. Fig. 5. A.* n'est pas toujours la plus petite, comme semble l'annoncer la diminution graduelle des autres, qui composent la colonne. Cet os est au contraire le plus grand, & d'une largeur relative à la nageoire de la queue. Il est placé verticalement, aplati par les côtés, & presque triangulaire. Son bord postérieur est éreulé, pour donner une inflexion ou attache à chacun des osselets, qui composent la nageoire de la queue. Mais dans les poissons, qui, comme des *Anguilles*, n'ont à proprement parler aucune nageoire à la queue, cet os est le plus petit de tous.

XLIV. LES OS INTERÉPINEUX.

Pl. II. Fig. 1. I. I. I. K. K.

Les Nageoires sont, comme on l'a vu en son lieu, des parties ou membres du poisson, formées par une quantité d'osselets (*Pl. II. Fig. 1. Q. Q. Q. R. R. R.*) enfermés dans la duplicature d'une membrane. Nous avons dit, que les nageoires de la poitrine sont attachées aux omoplates, celles du ventre aux os du bassin, & celles de la queue à la dernière vertèbre du corps; il nous reste à connoître les os, qui servent de base à celles du dos & de l'anus.

OSSA INTERSPINOSA PINNÆ DORSALIS. I. I. I.

Hæc ossa intra corporis substantiam non secus ac apophyses vertebrarum spinosæ occultantur; apice inferiori acuto, superiori majore crassiore inæquali ut plurimum malleiformi: in quibusdam plana, in aliis lanceolata, cultrata, ensiformia aut tragona. Apophysibus spinosis interjecta & parallela, ipsis partim aut omnino adhærent mediante ligamento, & ita sita sunt, ut facies ipsorum posterior processuum spinosorum faciei anteriori respondeat. Talis ligamenti admitticulo moventur ossa hæc oblique a posteriori ad anticam corporis partem, jam superiori extremitate ad anterioris vertebræ processum spinosum accedente, & inferiore extremitate versus posterioris vertebræ apophysem spinosam recedente, fit ut talia ossa parallelismum vertebrarum processuum oblique paululum fecerint. Obstât autem talis situs, quominus amplior fiat pinnæ expansio, & a validiori musculorum contractione lædatur membrana pinnarum radios obvestiens. Jam vero extremum inferius officulorum, quibus constant pinnæ ipsæmet, jungitur extremitati superiori ossium interspinosorum numero tamen quandoque diverso. In quibusdam enim officulum pinnæ quodlibet suo cuique ossi interspinoso affigitur, dum in aliis officula pinnarum duo aut tria, unius ossis interspinosi capiti affiguntur.

OSSA INTERSPINOSA PINNÆ ANI. K. K. K.

Modo dicta debent quoque intelligi de ossibus, quibus sustinetur pinna analis; non tamen idem est ipsorum numerus ob minorem hujusce pinnæ amplitudinem. Differunt etiam ab officulis interspinosis dorsi, quod, dum moventur, cujuslibet extremitas inferior accedat ad interioris vertebræ spinosam apophysem, dum extremitas interna, & superior retrocedit

ver-

LES OS INTERÉPINEUX DES NAGEOIRES DU DOS. L.

Ces os sont placés dans l'épaisseur du corps, dans le même sens que les apophyses épineuses des vertèbres, auxquelles ils sont parallèles. Leur extrémité inférieure est pointue, la supérieure est fort inégale, plus grosse que l'inférieure, & ressemble pour l'ordinaire à un marteau. Ils sont plats dans certains poissons, dans d'autres ils sont faits en lancette, en couteau, en épée ou à quatre angles. Ils s'attachent en tout ou en partie aux apophyses épineuses par un ligament, de manière que leur face postérieure est presque collée sur la face antérieure de l'apophyse. C'est à la faveur de ce ligament que chacun de ces os peut se mouvoir de la queue à la tête, en sorte que leur extrémité inférieure s'approche de l'apophyse épineuse de la vertèbre postérieure, tandis que leur extrémité supérieure s'en éloigne pour s'approcher de derrière en devant vers l'apophyse épineuse de la vertèbre antérieure. Dans ce mouvement ils changent donc de direction, & coupent un peu obliquement le parallélisme des apophyses épineuses. Cette situation empêche que la nageoire ne soit trop déployée, & que la membrane, qui lie les osselets ou rayons des nageoires, ne soit déchirée par une trop grande contraction des muscles. Les rayons, qui composent les nageoires, sont articulés par le bas à l'extrémité supérieure de chacun de ces os. Mais le nombre de ceux-ci ne répond pas toujours à celui des rayons de la nageoire, c'est-à-dire que dans certains poissons chacun des rayons est articulé à un os, tandis que dans d'autres un seul os reçoit sur les inégalités de son extrémité supérieure deux ou trois rayons de la nageoire.

LES OS INTERÉPINEUX DE LA NAGEOIRE DE L'ANUS K.

Ce que nous venons de dire des os, qui soutiennent les nageoires du dos, doit s'entendre de ceux, qui servent de point d'appui à la nageoire de l'anus. Il faut pourtant observer, que cette nageoire étant plus petite que celle du dos, le nombre des os, qui la soutiennent, est aussi plus petit, & que dans l'érection de la nageoire c'est leur extrémité supérieure qui s'approche de l'apophyse épineuse de la vertèbre postérieure, tandis que son extrémité inférieure s'approche

versus spinosam posterioris vertebræ apophysem, & proinde paululum oblique fecatur spatium spinosis apophyfibus interjectum.

In quibusdam piscibus, hæc ossa dorfi anique oblique anteriorum sita sunt, & directionem mutant, accedente pinnarum erectione; recta tunc fiunt, & spinosis apophyfibus parallela.

In aliis, ut sunt *Pleuronectes*, *Rhombi*, officula interspinosa dorfi & ani multo numerosiora sunt & per paria apophyfibus vertebrarum ita annexa, ut ipsarum qualibet officulum unum anteriorum, alterum retrorsum gerat.

Elucescit ex jam dictis, quænam sit ossium piscis sceletum constituentium structura, numerus, usus; quodnam inter compagem osseam hujuscemodi & humanam occurrat discrimen; quomodo alterum in piscibus os alterius vices gerat; sequitur, ut organa expediamus, quibus peragitur ipsorum & partium omnium appensarum motus.

§. V. M U S C U L I.

Instrumenta varia, quæ in corpore animali motus exercent, ab Anatomicis *Musculi* dicta fuere. Constant *fibrarum* fasciculis, partim rubris, partim exalbidis, communi membrana involutis. Tales simul annexæ fibræ præbent muscoli carnem & ipsius tendinem.

Musculus quilibet contractionis & relaxationis capax; *contractus* decurtatur, inflatur, rugosus & durus evadit: *relaxatus* e contrario elongatur, deprimitur, mollescit, ad pristinum statum redit. Si prius, extremitas muscoli altera ad alteram accedit, tendine mere passivo, immutato; dum pars carnosa præfatas experitur mutationes. Horum phænomenorum causas inquirere hujus loci non est.

de derriere en devant vers l'apophyse épineuse de la vertebre antérieure, & coupe obliquement le parallélisme des apophyses épineuses.

Dans quelques poissons ces os interépineux, tant au dos, qu'à l'anus, sont situés un peu obliquement de derriere en devant, de sorte que dans l'érection des nageoires, ils changent de direction, deviennent droits & paralleles aux apophyses épineuses.

Dans d'autres, comme les *Soles*, le nombre de ces os est plus considérable; ils sont attachés par paires à chaque apophyse épineuse des vertebres, l'un sur la face antérieure, l'autre sur la face postérieure d'une même apophyse.

L'on a vu par l'exposé, que je viens de faire, quelle est la structure, la diversité, le nombre, l'emploi des os, qui composent le squelette du poisson, comment ils se suppléent les uns les autres, & la différence qu'il y a entre leur squelette & celui de l'homme. Voyons actuellement, quels sont les agents, qui meuvent ces os, ou, ce qui est la même chose, quelles sont les parties, qui donnent le mouvement.

§. V. LES MUSCLES.

On sçait que les différents mouvements des animaux sont exécutés par des organes, que les Anatomistes appellent *Muscles*. Ces muscles ne sont autre chose qu'un assemblage de paquets de fibres charnues, en partie rouges, en partie blanchâtres, enveloppés d'une membrane commune. La premiere de leurs portions est appelée *portion charnue* du muscle, la seconde est la tendineuse ou *tendon*.

Chaque muscle ainsi composé est susceptible de *contraction* & de *relâchement*; en se contractant, il se gonfle, se durcit, se ride & se raccourcit; en se relâchant il s'affaïsse, s'allonge & revient à son premier état de mollesse. Dans le premier de ses changemens une extrémité du muscle s'approche de l'autre, avec cette différence, que le tendon paroît tres-passif, & que la portion charnue semble seule éprouver ces changemens. Ce n'est point ici le lieu d'expliquer la cause de ces phénomènes.

In variis musculis non eadem occurrunt figura, numerus, magnitudo, non eadem structura, situs, connexio, proindeque nomina varia fortiuntur.

Simplex exhibet fibras juxta eandem feriem aut parallelismum dispositas; *compositus* vero diversos fibrarum ordines, minus magisve divergentes. Vim addit musculis fibrarum quantitas, & ad motum facit ipsarum longitudo varia.

Ex horumce organorum actione moventur partes corporis solidæ, molles, liquidæ: ex corrugatione & decurtatione musculi mobilior pars ad alteram minus mobilem accedit; aut ambæ sibi invicem pari passu approximantur, si mobiliiores æque fuerint. Sicuti autem ex actione musculorum simultanea præpediri potest partis dimotio, alii *congeneres*, alii *antagonistæ* appellantur. Congeneres motum eundem exercent, cui antagonistæ obstant; & si agat simul utrumque musculorum genus pars facta immobilis *actionem tonicam* experitur.

Modo memorata intelligenda sunt de musculis, qui in variis animalibus deteguntur. Nunc ad musculos piscium pedem promoveamus, missis aliis, eos tantum rimabimur qui natationi inserviunt.

XLV. MUSCULI LATERALES.

TAB. III. FIG. 1. A.

Sic vocare placuit duos musculos maximos a capite ad caudam lateraliter corpus integrum obtegentes, eorum quilibet e plurimis musculis minoribus transversis, similibus, parallelis, arcuatis, & quasi infractis, efformari videtur: utque musculi maximi elucescat descriptio, partem ipsius, seu feriem transversam, pro musculo minori habere & seorsim delineare oportet. Huncce minorem musculum componunt pars una *carnea*, Tab. III. Fig. 1. A, duoque *tendines* C. C. caro medium occupat, arcuatur, & sua convexitate caput, concavitate caudam pi-

Les muscles varient beaucoup en nombre, figure, grandeur, direction, situation, structure, connexion, & prennent différents noms à raison de toutes ces différences.

Le muscle *simple* est celui, dont toutes les fibres sont placées dans un même plan; il est *composé*, si les fibres offrent différentes séries plus ou moins divergentes les unes des autres. Leur force dépend de la quantité des fibres, dont ils sont composés, & leur mouvement de la longueur ou grandeur de ces mêmes fibres.

Leur usage est de mouvoir tant les parties molles & liquides, que les parties solides. Par leur contraction ils approchent la plus mobile de celle qui l'est moins; & si les parties sont également mobiles, elles s'approchent également l'une de l'autre. Mais comme l'action simultanée de plusieurs muscles peut empêcher le mouvement de la partie, qui doit être mue, on les distingue en *congénères* & en *antagonistes*. Les congénères concourent au même mouvement; & les antagonistes s'y opposent de manière, que s'ils viennent à se contracter à la fois, & qu'ils soient égaux en force, la partie restera dans son état naturel par un mouvement appelé *tonique*.

Ce que nous venons de dire doit s'entendre des muscles des différens animaux. Passons à l'examen particulier de ceux qu'on observe chez les poissons; nous ne décrirons que ceux qui leur servent à nager.

XLV. LES MUSCLES LATÉRAUX.

PL. III. FIG. 1. A.

Nous appellons ainsi les deux muscles, qui couvrent entièrement les deux côtés du poisson & vont de la tête à la queue: chacun d'eux paroît composé de plusieurs muscles transverses, semblables parallèles, qui par leur rassemblement offrent plusieurs chevrons. Pour mieux entendre la structure de ces deux muscles, il faut décrire séparément une seule série ou plan de fibres, que nous regarderons comme un petit muscle transverse.

Chacun d'eux est composé d'une portion charnue, *Pl. III. Fig. 1. A.*, & de deux portions tendineuses *Pl. III. Fig. 1. C. C.* La portion charnue occupe le milieu du muscle; elle est arquée, tournant sa convexité

fcis respicit. Tendines longiores sunt, minus arcuati; in extremo acutiores, & corpus oblique secant; dispari, ac pars carnea, ratione, convexitas ipsorum caudam piscis, concavitas caput spectat. Eo modo siti sunt omnes hi minores musculi simul juncti, ut pars quælibet carnea antrosum excipiat a cavitate musculi anterioris, & retrorsum excipiat musculi posterioris convexitatem. Tendines dorsi ventrisque marginem non attingunt, sed antrosum incumbunt sibi invicem, & sese mutuo tegunt, non secus ac pars carnea. Sulcum, supra dorsum, infraque caudam, a mutuo concursu efformant, quem tenent musculi, de quibus infra.

Varii hi minores musculi extus tenui membrana annectuntur, quæ inter ipsos vix lineam penetrat; intus adhærent costis vertebrisque, & supracostalium supervertebraliumque vices supplent.

Ex his liquet, quod musculus lateralis integer solus corpori flexiones in latus utrumque exercet: contractus enim musculus sinister abbreviatur, & caudam arcuatim caput versus flectit; quæ flexio fiet in latus alterum a contracto musculo dextro. Iteratis ergo musculorum alterutrius contractionibus, undequaque flectetur corpus, quod simul agentibus musculis rigescet; aut passive sese habentibus, statum nativum retinebit. Quid vero per *lineas interstitiales* intelligi voluerint Ichthyologi, nunc explicandum. Hæ sunt lineæ infractæ, corpus transversum secantes varios minores musculos distinguentes, a membrana ipsos alligante enatæ. Conspiciuntur admodum in alepidotis, & tot quot series variæ minores in uno majori musculo; unde recte dijudicaverant Cl. ARTEDI, LINNÆUS, lineas interstitiales lineæ laterali non esse parallelas.

vers la tête, & sa concavité vers la queue. Les deux tendons sont plus longs, moins arqués, plus étroits vers leur extrémité, & coupent obliquement la largeur du corps en allant de la tête à la queue. Leur direction est opposée à celle de la portion charnue; leur convexité regarde la queue, & leur concavité regarde la tête. La position de ces petits muscles est telle, que la convexité de chaque portion charnue occupe la concavité de celle du petit muscle qui précède, & que sa concavité est remplie par la convexité de celui qui suit, ainsi du reste. Les tendons de tous ces petits muscles n'aboutissent pas au dos & au ventre; ils s'adossent les uns aux autres, & se recouvrent de la même manière que les portions charnues. Ils laissent entre eux, tant sur le dos que sous le ventre, un sillon, qu'occupent des muscles, dont nous parlerons ailleurs.

Ces différens plans de fibres, ou, si l'on veut, ces différens petits muscles, sont séparés à la surface par un tissu aponevrotique très-mince qui ne pénètre pas entre eux de la profondeur d'une ligne. Ils adhèrent intérieurement aux côtes & aux vertèbres, & tiennent lieu de muscles surcostaux & survertébraux.

C'est ce muscle latéral qui seul opere les différentes flexions du corps: lors que celui du côté gauche se contracte, chaque portion charnue se raccourcit & approche la queue de la tête en lui faisant décrire une courbe: la même chose arrive du côté opposé par la contraction de l'autre muscle: & de leur contraction alternative sera fléchi tantôt d'un côté, tantôt de l'autre; & tout au contraire, par l'inaction ou par la contraction simultanée de ces deux muscles, le corps sera roidi, ou restera dans son état naturel. C'est ici le cas d'expliquer ce que les Auteurs ont entendu par la *ligne interstitiale*. Ces lignes qui sont brisées, à bâton rompu, coupent transversalement le corps, & sont formées par le tissu, qui sépare le muscle latéral en autant de petits muscles. Elles sont très-apparentes dans les poissons qui n'ont point d'écaillés, & par conséquent il y en aura autant que de différens plans de fibres ou de petits muscles. Les célèbres ARTEDE & LINNE' avoient donc raison de dire, que les lignes interstitiales ne sont point parallèles à la ligne latérale.

XLVI. MUSCULI PINNÆ CAUDALIS.

TAB. III. FIG. 1. D. E. F. G. H.

Musculus lateralis quilibet antice clavicularum margini postico adhærens, tanquam basi propriæ, postice ultimo offi vertebrali caudæ affigitur, ibique prius quatuor speciales exhibet musculos minores, superiores tres, inferiorem unum. E superioribus *rectus* unus, F, *obliqui* duo, D, E, a parte postica se decussant. *Obliquus superior* D dorfi extremi carinam tenet, oblique pinnæ caudalis medietatem attingit; *Obliquus inferior*, E, a media postica majoris muscoli parte ortus, oblique sursum caudæ supremum petit marginem, radiisque exterioribus annexus, caudalem pinnam sursum diducit expanditque. *Obliquos* inter mediat *rectus*, F, & cum *obliquo superiori* radios caudales medios retinere valet. Quartus, G, in media & infima caudæ extremæ regione situs, partim pinnæ caudali medietatem, partim ipsius marginem inferum possidet, pinnamque deorsum expandit, mediosque ipsius radios coerces.

PINNÆ CAUDALIS CONSTRICTORES MUSCULI.

TAB. III. FIG. 1. H. H.

Jacent transversim plus minusve, radorum caudalium basi annexi; hi sunt numero quatuor, bini utrinque, alter superam pinnæ medietatem, alter inferam occupat. *Superior* margini supero pinnæ, *inferior* margini infero adnascitur. Tendines ipsorum in medio pinnæ coalescentes musculum digastricum quodammodo exhibent; dum contrahuntur, pinnam priorum musculorum actione expansam, constringunt.

**XLVI. LES MUSCLES DE LA NAGEOIRE
DE LA QUEUE. PL. III. FIG. 1. D. E. F. G. H.**

Chacun de ces deux muscles latéraux est attaché par son extrémité antérieure au bord postérieur des clavicules; on peut même regarder cette attache comme leur point fixe. L'extrémité postérieure va s'attacher à l'os, qui soutient la nageoire de la queue, & donne quatre différens plans de fibres, qu'on peut regarder comme quatre muscles particuliers, dont trois sont supérieurs & un inférieur. Des trois supérieurs l'un est *droit* F, les autres deux sont obliques, D, E, & se croisent vers leur extrémité postérieure. L'*oblique supérieur*, D, s'attache sur la crête du dos, & descend obliquement vers le milieu de la nageoire de la queue; l'*oblique inférieur*, E, prend son origine vers la partie moyenne de l'extrémité du grand muscle latéral, & se porte obliquement de bas en haut vers la partie supérieure de la nageoire de la queue pour s'attacher à la base de ses premiers rayons. C'est l'érecteur & un des dilateurs de la queue. Le *muscle droit*, F, est placé entre les deux obliques, & conjointement avec l'oblique supérieur, tire ou bande les rayons du milieu de la nageoire. Le quatrième muscle, G, occupe la moitié inférieure de l'extrémité de la queue; quelques unes de ses fibres s'attachent aux rayons du milieu de la nageoire; d'autres s'attachent à son bord inférieur. Celui-ci dilate la nageoire en la tirant par dessous, & retient aussi les rayons du milieu de la nageoire.

**LES MUSCLES CONSTRICTEURS DE LA NAGEOIRE
DE LA QUEUE. PL. III. FIG. 1. H. H.**

Ces muscles sont situés plus ou moins obliquement, ou transversalement. Ils sont attachés à la base des rayons de la nageoire, au nombre de quatre, deux de chaque côté, l'un supérieur, l'autre inférieur. Chacun d'eux occupe la moitié de la partie latérale de la nageoire. L'extrémité supérieure de l'un, & l'extrémité inférieure de l'autre s'attachent aux deux bords de cette même nageoire. Leurs tendons se rencontrent au milieu de la nageoire, & leur donnent la forme d'un muscle digastrique, qui en se contractant resserre la queue, que les autres muscles ont dilatée.

XLVII. PINNARUM PECTORALIIUM MUSCULI. TAB. III. FIG. 2. 3. A. B.

Quatuor in pinna quapiam reperire est; *erectores* seu supra-scapulares duos, *depressores* seu infra-scapulares totidem. *Erectores* duo claviculæ & scapularum faciem externam turgent: superior *Fig. II. A*, deltoideus, cavitatem posticam claviculæ occupans, ad medium ossis istius descendens, serie fibrarum horizontali basim pinnæ integram emetitur; inferior, *Fig. 2. B*, longior est, arcuatus, partem mediam & infimam cavitatis claviculæ semi-circularis, scapulas etiam obvestiens, sursum oblique ascendens infra congenerem superiorem, in superam & exteriorem pinnæ partem inseritur.

Depressores duo *Fig. III. A. B*, scapulæ & claviculæ subjacent: inferior *Fig. III. B*. sedem & directionem eandem obtinet, quas *erector* inferior, & margine infero, sed externo ejusdem pinnæ terminatur; superior contra *Fig. III. A*, oblique retrorsum tendens, partim inferiori subjectus, margini interno baseos ejusdem pinnæ affigitur.

Attendenti cuilibet modum, quo loco suæ insertionis in pinnæ basim decussantur præfati muscoli, patebit, *erectores*, *Fig. II. A. B*, pinnam dilatare, *depressores* vero, *Fig. III. A. B*. ipsam coarctare.

XLVIII. PINNARUM VENTRALIUM MUSCULI. TAB. III. FIG. 4. & 5.

In qualibet pinna tres deteguntur, *erector* unus, *depressores* gemini.

Erector, *Fig. IV. A*, oblongus, triceps est & ossium pelvis faciem exteriorem investit: extremum anterius acutum, posterius vero tricuspdatum seu tendine triplici terminatur. Pars tendinis hujuscemodi interna *Fig. IV. B*, ligamento transversali, *E*, pinnam utramque annexenti sub-oblique affigitur,

**XLVII. LES MUSCLES DES NAGEOIRES
PECTORALES. PL. III. FIG. 2. & 3. A. B.**

On en compte quatre pour chacune, sçavoir deux *érecteurs* & deux *abbaisseurs*. Les *érecteurs* sont placés sur la face externe des clavicules & des omoplates; l'un supérieur, l'autre inférieur: le supérieur est un muscle deltoïde, *Fig. 2. A.* qui remplit la cavité demi-circulaire de la face postérieure des clavicules, & descend jusqu'à leur partie moyenne; de là il se porte horizontalement de devant en arrière, & s'attache sur toute la base de la nageoire; l'inférieur, *Fig. II. B.*, est plus long, arqué, & occupe la partie moyenne inférieure de la cavité demi-circulaire des clavicules; il s'étend de là sur les omoplates, & passant sous le muscle supérieur, son congénère, va s'attacher à la partie supérieure externe de la base de la nageoire.

Les deux *abbaisseurs*, *Fig. III. A. B.* sont placés sous l'omoplate & sous la clavicule: l'inférieur, *B.*, observe à la face interne de ces os la même direction & la même situation, que son antagoniste à la face externe, & va s'attacher à la partie supérieure interne de la base de la nageoire.

Si l'on fait attention à la manière, dont ces muscles, tant *érecteurs*, qu'*abbaisseurs*, se croisent à l'endroit de leur insertion à la nageoire, on verra que les deux *érecteurs* *Fig. II. A. B.* sont dilatateurs, comme les *abbaisseurs*, *Fig. III. A, B.* sont resserreurs.

**XLVIII. LES MUSCLES DES NAGEOIRES
DU VENTRE. PL. III. FIG. 4. & 5.**

Ils sont au nombre de six, trois pour chacune, sçavoir un *érecteur* & deux *abbaisseurs*.

L'*érecteur* est un muscle triceps, *Fig. IV. A.*, oblong, placé sur toute la face externe des os du bassin: son extrémité antérieure est pointue; la postérieure se divise en trois portions tendineuses. La première de ces portions *Fig. IV. B.* est attachée en partie à la base de la na-


nec non radiis interioribus; portio media *Fig. 4. C*, medietatem basis pinnæ occupat; tertia, seu exterior portio *Fig. 4. D*, a media deflectens ad externum baseos pinnæ marginem oblique excurrit.

Inde a contractione musculi integri erigitur pinna, & caput versus accedit ope tendinis medii, dum ipsam quoque in sensus contrarios extendunt & ampliant tendines exterior interiorque. Ergo ratione habita insertionum, hi duo musculi erectores *Fig. 4. A. A*, etiam veluti dilatatores habendi sunt.

Depressores Fig. 5. A. B, oblongi, internæ faciei ossium supradictorum applicantur, in utraque pinna gemini, & sese mutuo decussantes. Priores *Fig. 5. A. A*, aliis super impositi, & invicem paralleli, antice acuti, ipsos longitudinaliter ad dimidium tegunt; in toto tractu convergunt, postice deflectunt a se invicem, ac in basim internam & integram pinnæ cujuslibet inferuntur. Cæteri duo latiores sunt *Fig. 5. B. B*, & prioribus ossibusque interpositi, ossium faciem interiorem tegunt; hos oblique & retrosum convergentes partim tegunt depressores duo memorati.

Hi ergo quatuor musculi *Fig. 5. A. A. B. B*, pinnam corpori apprimunt; & ipsorum duo priores videntur congeneres erectorum, quorum scilicet tendines exteriores *Fig. 4. D*, pinnam ampliant.

In piscibus jugularibus thoracisque erectores duo claviculæ inferum marginem tenent, maxillamque inferiorem diducere & ampliare valent: in aliis piscibus, pars antica & infera musculorum lateralium talia munia implent.



geoire, & en partie au ligament transverse E, qui la lie à l'autre; la seconde portion *Fig. 4. C*, occupe le milieu de la base de la nageoire; & la troisieme *Fig. 4. D*, s'écarte un peu de la portion moyenne pour s'attacher obliquement au bord externe de la base de la nageoire.

Dans la contraction du muscle, le tendon du milieu relève la nageoire, & l'approche de la tête; tandis que les deux tendons latéraux l'étendent dans deux sens opposés. On doit donc, vu leurs différentes insertions, regarder ces deux muscles *Fig. 4. A. A*, comme érecteurs & dilatateurs.

Les *abaisseurs*, *Fig. 5. A. B.* sont des muscles oblongs, placés sur la face interne des os du bassin, deux pour chaque nageoire, posés l'un sur l'autre, mais ayant une direction différente. Les deux premiers, qui se présentent, sont étroits vers leur origine *Fig. 5. A. A*, adossés l'un à l'autre presque dans tout leur trajet, & couvrent en long & par moitié les deux muscles inférieurs: ces deux muscles sont convergents de derriere en devant, & s'écartants par leur extrémité postérieure, s'attachent à tout le bord interne de la base des nageoires. Les deux autres muscles *Fig. 5. B. B*, sont plus larges, & recouvrent en entier la face interne des os du bassin; ils sont convergents de devant en arriere, recouverts en partie, & longitudinalement par les deux congénères, que nous venons de décrire, & ont les mêmes attaches.

On voit par cet exposé, que ces quatre muscles *Fig. 5. A. A, B. B*, servent à appliquer la nageoire contre le corps: il paroît cependant que les deux premiers sont en partie congénères des muscles releveurs, dont les tendons extérieurs *Fig. 4. D*, peuvent dilater la nageoire.

Dans les poissons jugulaires & thorachiques les deux érecteurs sont attachés au bord inférieur des clavicules, & peuvent dilater ou abaisser la mâchoire inférieure: dans d'autres poissons c'est la partie inférieure & antérieure des muscles latéraux qui les remplace,



XLIX. MUSCULI CARINALES DORSI & CAUDÆ.

TAB. III. FIG. 1. I. K. L.

Sulcum longitudinalem in dorso a mutua lateralium musculorum applicatione efformatum occupant musculi teretes paralleli, qui ob defectum numerumque pinnarum dorſi deſunt aut numeroſiores ſunt. Ipſorum enim par unicum occurrit, a nucha ad caudam extenſum, ſi dorſum apterygium; in piſcibus dorſo monopterygio, par unum *Tab. III. Fig. 1. I.* a nucha ad pinnam, alterum par *Tab. III. Fig. 1. K*, a pinnae poſtica parte ad caudam tendit; paria tandem tria reperiuntur, ſi dorſum dipterygium, quorum primum a nucha ad anticam pinnam, alterum pinnis interjacet, tertium tandem a pinna ultima ad caudæ pinnam excurrit. Poſteriores horumce musculorum extremitates, in primos pinnarum dorſi caudæque radios inferuntur.

Inferi musculorum lateralium margines infra caudam fulcum ſimilem ac in dorſo exhibent: hunc a pinnae ani ſine ultimo ad caudæ baſim tenent musculi duo, *Tab. III. Fig. 1. L*, dorſalibus ſimiles.

Inde ſequitur quod musculi carinales dorſi & ani eo longiores aut breviores ſunt, quo major datur in pinnis radiorum numerus: deſunt etiam in ipſis, quando pinna dorſalis a nucha ad caudam excurrans caudali analique unitur, & corpus una ambit, in *Congris*, *Ophidio*.

Hi omnes neque capitis neque pinnarum erectores vocandi ſunt; ratio eſt, quod motu vix ullo donatur caput, & pinnae ſuos habent peculiareſ musculos; ſpectata tamen ipſorum inſertione, musculorum propriorum, quibus moventur pinnae dorſi & caudæ, auxiliatores eſſe non abſonum eſt.

**XLIX. LES MUSCLES DE LA CARENE
DU DOS & DE LA QUEUE.**

Pl. III. Fig. 1, I. K. L.

Les muscles de la carene du dos, dont des muscles grêles, adossés l'un à l'autre, qui remplissent le fillon, ou espace longitudinal, qui forment sur la crête du dos les deux muscles latéraux; leur nombre varie suivant le manque ou le nombre des nageoires du dos. Dans les poissons, qui n'ont pas de nageoire dorsale, l'on n'en trouve qu'une paire, qui partant de la nuque va se terminer à la racine de la nageoire de la queue: dans ceux, qui ont une seule nageoire, il y a deux paires de muscles, la première paire, *Pl. III. Fig. 1. I*, occupe l'espace entre la nuque & la nageoire, la seconde paire est placée depuis l'extrémité de la nageoire jusqu'à celle de la queue *Pl. III. Fig. 1. K*: enfin s'il y a deux nageoires dorsales, il y a trois paires de muscles, sçavoir une paire entre la première nageoire & la seconde, une paire entre les deux nageoires, & la troisième paire entre la seconde nageoire & celle de la queue. L'insertion postérieure de ces muscles est aux premiers rayons des nageoires du dos & de la queue.

Les deux grands muscles latéraux forment sous la queue le même fillon que sur le dos; il est rempli par une paire de muscles, *Pl. III. Fig. 1. L* semblable à ceux du dos, qui d'un côté sont attachés au dernier osselet de la nageoire de l'anus, & postérieurement à ceux de la queue.

Il résulte de tout ce que nous venons de dire, que ces muscles tant de la carene du dos que de celle de la queue, sont plus ou moins longs suivant la quantité des rayons de ces mêmes nageoires; & qu'ils manquent totalement, lorsque, comme dans les *Congres*, *Donzelles*, les nageoires du dos & de l'anus vont se confondre avec celle de la queue, & semblent n'en faire qu'une seule, qui entoure le corps.

Aucun de ces muscles ne sçauroit être regardé comme releveur propre de la tête ou des nageoires, puisque cette première partie n'est pas sensiblement mobile dans les poissons, & que les nageoires ont leurs muscles propres: on peut cependant, vu leur insertion, les regarder comme des auxiliaires des releveurs des nageoires du dos & de la queue.

L. MUSCULI PROPRII INTERSPINOSI.

TAB. III. FIG. 6. A. B,

Propriorum nomine ipfos indigitamus, quibus debentur erectio & depressio pinnarum dorfi ac ani: radiis pinnarum & ossibus interspinosis communes, bis gemini in quolibet osse interspinoso & radio pinnarum fungulo; ex his *erectores* alii, alii *depressores*. Priores *fig. 6. A.*, teretes, geminati, faciem anticam ossis interspinosi tegentes, superne in basim radii pinnarum inferuntur. *Depressores* duo *fig. 6. B.*, minores & breviores sunt, in utroque latere ossis interspinosi cujuslibet positi, oblique posticam radii cujuslibet basis partem petunt. Hi ergo tum *erectores*, tum *depressores*, quadruplo numerosiores sunt ossibus interspinosis aut pinnarum radiis: defunt contra in piscibus, quorum dorsum apterygium est.

LI. MUSCULI MEMBRANÆ
BRANCHIALIS.

Musculos omnes a Cl. DUVERNEY descriptos recensere non fuscipio, & præfatæ membranæ dilatorem, quem solum clarius videre contigit, tantummodo describam. Minimus est, antica sui parte ossi maxillæ inferioris & ossi hyoïdi affixus, oblique retrorsum ascendens, in membranæ branchialis radium quemlibet tendinem peculiarem emittit.

MUSCULORUM jam descriptorum usus varios, variaque munia evincunt sequentia experimenta, ac sequentes observationes. Attendamus itaque ad modum, quo tum in statione, tum in motu natatorio se gerit piscis: exemplo fuit *Cyprinus*.

L. LES MUSCLES PROPRES INTERÉPINEUX.

PL. III. FIG. 6. A. B.

Nous appellerons ainsi des muscles, qui n'ont d'autre usage que celui de relever & d'abaisser les nageoires du dos & de l'anus: ils sont communs aux os interépineux & aux rayons des nageoires, au nombre de quatre pour chacun d'eux, sçavoir deux antérieurs ou *érecteurs*, & deux latéraux ou *abaisseurs*. Les *érecteurs* fig. 6. A, sont de petits muscles grêles, accouplés, situés un de chaque côté sur la face antérieure de chaque os interépineux: ils s'attachent supérieurement & antérieurement à la base de chaque rayon de la nageoire. Les deux *abaisseurs* fig. 6. B. sont plus petits, plus courts: ils sont placés sur les côtés de chaque os interépineux, & vont un peu obliquement s'insérer derrière la base de chaque rayon de la nageoire. Le nombre de tous ces muscles, tant à la nageoire du dos qu'à celle de l'anus, est donc quatre fois plus grand que celui des os interépineux, ou des rayons de la nageoire: ils manquent aussi dans les poissons qui n'ont pas ces nageoires.

LI. LES MUSCLES DE LA MEMBRANE BRANCHIALE.

Je n'entreprendrai pas de décrire ici tous les muscles, que le célèbre DUVERNEY a décrit; je m'arrête à celui qui dilate la membrane branchiofstege, & qui est le seul que j'ai pu observer. Il est petit, attaché par son extrémité antérieure en partie sous l'angle de la mâchoire inférieure, & en partie aux côtés de l'os hyoïde: il monte un peu obliquement de devant en arrière, pour s'attacher à la membrane branchiale par autant de tendons, qu'elle a de rayons.

APRÈS la description anatomique que nous venons de donner de tous ces muscles, nous allons rapporter une suite d'expériences & d'observations qui nous paroissent en indiquer les usages. Nous examinerons d'abord le poisson dans l'état de repos, & ensuite dans les différents mouvemens, qu'il exécute pour nager: nous nous sommes servis de petites *Carpes* & de *Barbeaux*.

1. Dum quiescit, pinnas omnes ampliat & in imo vase pectoralibus ventralibusque innitens diducit tantum maxillas, & sychrone movet opercula.
2. In alterutrum latus quasi titubans labitur, si pinnæ dorsi & ani contrahuntur, aut etiam si clauditur pectoralis una: scilicet in latus dextrum inclinatur, si dextra pinna contrahitur, & vice versa.
3. Ab imo sursum ascendit erecto capite, si pinnas pectorales ab alto oblique deorsum movet.
4. Si cauda in unum latus flectitur, corpus in idem latus arcuatur; & in orbem versatur, iterato in idem latus caudæ motu.
5. Accedentibus contra in latus utrumque alternis caudæ flexionibus, motus corporis directus & progressivus enascitur.
6. Hunc motum augere videntur pinnæ pectorales, quæ tunc sese retrorsum agunt; eadem motum contrarium seu retrogradum excitant, si moventur antrorsum.

Ex hac fedulo observata motuum diversitate licet conjicere, pinnas omnes quandoque congeneres esse, & mutuo aliarum vices agere. Probatur id porro multigenis pinnarum amputationibus, quas sequenti modo instituire placuit.

1. Amputatis pinnis dorsi & ani, piscis dextrorsum & sinistrorsum titubavit, & pinnas pectorales, ventrales, caudalemque magis ampliavit, ut forsitan inde compensaretur pinnarum defectus.
2. In latus dextrum delapsus est, cum pinnam pectoralem dextram amputavi.
3. Magis etiam lateraliter deorsum ferebatur, & in idem latus inclinabatur, resecta pinna ventrali dextra, ac nonnisi in latus sinistrum sese vertere posse visus est: digito enim pressus &

1. Le poisson étant en repos dilate toutes les nageoires & paroît s'appuyer au fond du vaisseau sur ses nageoires pectorales & ventrales; dans cet état d'inaction, on n'apperçoit sur lui que le mouvement de la bouche & celui des opercules qui sont synchrones.
2. Si les nageoires du dos & de l'anus se contractent, le poisson paroît perdre l'équilibre, & panche sur l'un des deux côtés: la même chose arrive, s'il plie une des pectorales, & il tombe sur le côté droit, si c'est la pectorale droite qui se contracte, & sur le côté gauche, par la contraction de la pectorale gauche.
3. Quand le poisson veut s'élever, ou monter, il étend les pectorales, & les meut de haut en bas, & il monte la tête la première.
4. S'il fléchit la queue d'un seul côté, le corps se tourne & décrit une courbe de ce même côté. Il peut pirouetter du même côté en répétant le même mouvement de la queue.
5. Mais si les flexions de la queue se font alternativement des deux côtés, le mouvement du poisson devient alors progressif & direct.
6. Il paroît encore, que dans le mouvement direct les nageoires pectorales se meuvent de devant en arrière; car si au contraire elles se meuvent de derrière en devant, le mouvement devient retrograde.

L'exacte observation des mouvemens du poisson dans ces différents états nous semble démontrer, que ces différentes nageoires se suppléent mutuellement, & qu'elles deviennent congénères dans certains cas; c'est ce qui paroîtra par les expériences suivantes faites sur divers poissons, à qui nous avons coupé différentes nageoires, de la manière que nous allons rapporter.

1^{re} Expérience. Nous avons coupé la nageoire du dos & celle de l'anus; le poisson a un peu vacillé à droit & à gauche; dans cet état, il tâchoit de suppléer au manque de ces nageoires, en étendant davantage celles de la poitrine, du ventre & de la queue.

2. Nous lui avons coupé la nageoire pectorale du côté droit, & il a un peu panché de ce côté là.
3. Et il a panché davantage, lorsque nous lui avons enlevé la nageoire ventrale droite: il nous a paru, qu'il ne pouvoit se tourner que du côté gauche, car quoique excité & poussé avec le doigt, il ne se tour-

- excitatus ægre admodum in latus dextrum sese revolvit, idque nonnisi maxima caudæ flexione.
4. Resectis insuper ex altero latere, pectorali ventralique, ipse æquilibrari vix potuit.
 5. Sed impulsiones & flexiones corporis creberrimas ingemnavit post resectam pinnam caudæ.
 6. Sublata tandem cauda ipsamet ad anum usque, impulsui aquæ obediens, quocumque ferebatur, sed cernuo capite.
 7. In alio subjecto pinnas tantum pectorales ad radicem resecui; æquilibrium non fuit mutatum, cessavit tantum motus retrogradus (a).
 8. Subjectum alterum, cujus pinnæ ventrales avulsæ fuerunt, motus omnes eosdemque exercuit, hoc tantum cum discrimine, quod pinnas reliquas frequentius moveret, magisque diduceret.
 9. Æquilibrari potuit piscis alter quartus, cui pinnam tantum caudalem resecui; visus est tantum corporis flexionem augere & geminare, ut fieret motus progressivus directus.
 10. Tandem instituta in eodem pisce & a latere sinistro incisione, & abrafa ab ano ad extremum caudæ lateralis mu-

a) *NOTA.* Bis tantum pinnas resecuit **BORELLUS**, pectorales scilicet in uno, ventrales in altero pisce, nullo ipsorum assignato nomine. Necessarium tamen plurimum fuisset ipsos pisces nominare, in quibus tales instituebantur amputationes; pinnæ enim omnes magnitudinem, figuram, situm, numerum habent diversa, relative ad corporis capitisve magnitudinem & formam. Utilissimum equidem nobis fuit varias tum in eodem, tum in diversis subjectis resecare pinnas, dato nomine specierum, quæ nobis in experimenta cesserunt; nam a modo, quo natant *Soleæ*, *Pleuronectæ*, ad ipsum, quo natant *Spari*, non valet consequentia &c. Natationis mechanismus & pinnarum munus probe quidem explicantur a varia ipsarum ventralium infra gulam, thoracem, aut ventrem positione, nec non ab ipsarum defectu, idque habito respectu ad formam corporis, capitis magnitudinem, & modum quo natant varii pisces, denique ad omnia ipsa auxilia & fulcra, quibus indigent singuli.

- noit que très-difficilement du côté des nageoires coupées, & ce n'étoit que par une grande contraction, ou coup de fouet de la queue.
4. Il a totalement perdu l'équilibre, lorsque nous lui avons coupé les deux autres nageoires pectorales & ventrales.
 5. Les flexions du corps sont devenues bien plus fréquentes & plus grandes, lorsque nous lui avons ôté la nageoire de la queue.
 6. Enfin lui ayant coupé la queue elle-même jusqu'à l'anus, il a balancé & suivi le mouvement, ou flottement de l'eau la tête en bas.
 7. Nous avons coupé à un autre poisson les deux pectorales; il n'a point perdu l'équilibre, mais il n'a plus exécuté le mouvement retrograde (a).
 8. Un autre, ou troisieme, auquel nous avons uniquement coupé les deux ventrales, a toujours exercé les mêmes mouvemens qu'auparavant, à la différence près, qu'il mouvoit plus fréquemment, & qu'il étendoit d'avantage les pectorales, & celles du dos, & celles de l'anus.
 9. Un quatrieme poisson, à qui nous avons coupé seulement la nageoire de la queue, n'a pas perdu l'équilibre; mais il a paru qu'il fléchissoit plus souvent la queue, afin d'avoir le mouvement progressif direct.
 10. Nous avons coupé à ce même poisson le muscle latéral gauche depuis l'anus jusqu'à l'extrémité de la queue, cette partie ne s'est

U 3

(a) REMARQUE. BORELLI n'a fait que deux amputations, & dans différents sujets, sçavoir celle des pectorales dans un, celle des ventrales dans l'autre. Il n'a pas dit non plus quels étoient les poissons, sur lesquels il avoit fait ses observations, ce qui est absolument nécessaire; car les nageoires ayant une longueur, une situation & un nombre relatif à la forme du corps, il est absolument nécessaire non seulement de couper tantôt une nageoire, tantôt une autre & dans divers sujets, comme nous l'avons fait, mais même d'annoncer le poisson, sur lequel on a fait les amputations: c'est-à-dire que l'on ne peut rien conclure de la maniere de nager d'une *Sole* à celle d'une *Dorade*. Et rien n'explique mieux le système de la nage, ou l'emploi des nageoires, que la situation de celles du ventre tantôt sous la gueule, sous la poitrine, dans le ventre, ou qui manquent totalement, le tout relativement à la forme générale du corps, à la grosseur de la tête, à la maniere de nager, en un mot au besoin que le poisson peut avoir de ces membres.

sculi maximi parte, vertebris caudalibus apposita, cauda in latus dextrum flecti tantummodo potuit: insuper a simili in lateris dextri musculum facta operatione, pars corporis antica a capite ad anum, ob residuam musculorum medietatem anteriorem, flexiones varias exercuit, caudaque ipsas flexiones motusque varios passively experta est, rapta scilicet a motu partis corporis supernæ & aquæ fluento.

- II. Ipse deinceps resectis pinnis reliquis in aqua remansit suspensus pronus & supinus, summa aut ima tenens, solo aquarum motu versatus.

§. VI. ORGANATA ET VISCERA PISCIIUM.

LII. OCULI.

De Pupilla & Iride vide Corpus externum, X. p. 28.

LENS CRISTALLINA.

Lens cristallina ut plurimum lenticularis aut spherica, in medio oculi sita, gelatinosæ indolis, mutatur aquæ ebullientis ope in corpus solidum, opacum, album, subfarinaceum.

LIII. CEREBRUM.

Minimum est in omnibus piscibus, habito ad caput & corpus respectu, griseum albumve, depresso aut compresso pro capitis figura; trilobum, lobis æqualibus, anticis duobus conjugatis, postico tertio *cerebellum* æmulante. Oblinitur unde-

fléchie que du côté opposé; ensuite nous lui avons coupé le muscle latéral droit, c'est-à-dire dans le côté opposé, & la seule partie antérieure du corps, depuis la tête jusqu'à l'anus, a exécuté les flexions; la queue obéissoit aux différens mouvemens, & flottoit de côté & d'autre.

II. Enfin lui ayant coupé les deux pectorales, les ventrales, celles du dos & de l'anus, il a multiplié les mouvemens & les flexions du corps, de la tête à l'anus, tantôt la tête en haut ou en bas, tantôt renversé sur le côté ou sur le dos, & suivant les mouvemens de l'eau.

§. VI. LES ORGANES ET LES VISCERES DES POISSONS.

LII. LES YEUX.

La Pupille & l'Iris, voyez le Corps externe, X. p. 28.

LE CRISTALLIN.

Le Cristallin est un corps gélatineux, transparent, ordinairement lenticulaire ou sphérique, placé au milieu de l'œil: ce corps jeté dans l'eau bouillante, devient solide, blanc, opaque & comme farineux.

LIII. LE CERVEAU.

Ce viscere est très-petit, relativement à la grosseur de la tête & du corps; tantôt gris, tantôt blanc; comprimé ou applati. Selon la figure de la tête il est divisé en trois lobes égaux, dont deux sont antérieurs, placés à côté l'un de l'autre; le troisième est placé par derrière & forme le *cervelet*. Le cerveau est entièrement couvert ou enveloppé d'une

quaque mucō spumoso, nitidissimo, griseo, salivam fingente. Apparent facillime nervi *optici*, *olfactorique*. *Medulla spinalis* canalem a processuum spinosorum concursu efformatum eo rectius obliquiusve ingreditur, quo series vertebrarum magis minusve deflectit a carina dorsi.

LIV. OESOPHAGUS

A faucibus imis incipiens, ad orificium superius *ventriculi* recto tendit tramite; intus glaber est & membranaceus, raro papillofus: oblitur mucagine: *Laringe* & *uvula* destituitur. Absent etiam in piscibus *Pharynx*.

LV. VENTRICULUS

Membranaceus, frigidus & unicus est, longitudinaliter situs, non vero transversim, & a latere alterutro quandoque facatus; figura varians, ovatus, cylindricus, globosus, bilobus in quibusdam, & avium more partim carnosus, partim membranaceus: insecta crustacea lapillosque deglutitos mutat.

LVI. VESICA AËREA.

TAB. IV. FIG. 1. G. FIG. 2. E.

Folliculus est tendinosus, tunicis pluribus separabilibus constans, aëre refertus, ope cujus fiunt æquilibres pisces fere singuli. Situs ut plurimum longitudinaliter, inclusus *peritonæo*, ventriculo vertebrisque abdominalibus interjacet: pro varia abdominis capacitate brevior longiorve habita ratione molis corporæ: cylindricus, ellipticus, ovatus, aut obverse ovatus, bilobus & bilocularis, trilobus & trilocularis &c. in maribus ad usque *vesicæ urinariæ* fundum sæpius descendit. Hi at
ab

espece d'écume brillante, grisâtre, ressemblante à de la salive. On découvre facilement les nerfs *optiques* & les *olfactifs*. La *moëlle allongée* épinière, descend plus ou moins obliquement dans le canal vertébral, suivant que cette colonne est plus ou moins rapprochée de la carene du dos, ou enfoncée dans l'épaisseur du corps.

LIV. L'É S O P H A G E.

Il commence au fond du gosier, & descend en droite ligne jusqu'à l'orifice supérieur de l'estomac; il est membraneux, lissé, rarement mammelu, & enduit d'une mucosité. On n'y découvre ni la *Luette*, ni le *Larynx*. Les poissons sont aussi dépourvus de *Pharynx*.

LV. LE VENTRICULE ou ESTOMAC.

Les poissons n'ont qu'un estomac; c'est un sac membraneux qui n'est doué d'aucun degré de chaleur: il est situé longitudinalement, & non en travers, & augmenté d'une appendice latérale en forme de corne; sa figure varie beaucoup: il est ové, cylindrique, sphérique, ou à deux lobes, dans certains poissons, & semblable au gélîer des oiseaux, en partie charnu, en partie membraneux; il digère les insectes crustacées & les petites pierres, que l'animal a avalé.

LVI LA VÉSICULE AÉRIENNE.

PL. IV. FIG. 1. G. FIG. 2. E.

La Vésicule aérienne est un sac membraneux, composé de deux ou trois enveloppes, qui se séparent facilement, & rempli d'air à la faveur duquel les poissons se soutiennent dans l'eau. Il est pour l'ordinaire situé en long, enfermé dans le *péritoine*, placé entre les *vertèbres* & l'*estomac*. Sa longueur dépend de la capacité du bas ventre, & de la grandeur du poisson: il est tantôt cylindrique, elliptique, ové, ou renversé, tantôt à deux lobes & à deux loges, tantôt à trois lobes & à trois loges &c., dans les mâles il descend presque jusqu'à la région de la vessie urinaire. Cette vésicule est attachée avec l'estomac, ou avec l'œsophage, sous le diaphragme, tantôt par le côté, tantôt par la pointe

ab apice aut ab alterutro latere & sub diaphragmate, in ventriculi cavum, aut etiam in aliquam œsophagi partem, mediante *ductu pneumatico*. Musculos huic dicatos sphincteres, nulla arte detegere potuimus.

Tali folliculo carent *Pleuronectæ*; quibus autem iste aut evellitur aut discinditur, pisces ii fundum petunt.

Aëris intus contenti naturam & ipsius vesicæ usum inquirere tentarunt plurimi. Utrum aër inclusus a venis arteriisque absorptus sanguini communicetur, aut utrum a sanguine separetur, dubiose posuit NEEDHAMUS; (a) aërem in folliculo excerni credit & in ventriculum facessere, ut fermentationem & ciborum coctionem promoveat. Vesicam hancce ad natatum necessariam Idem existimat; cui assentiuntur omnes.

Varia a Cl. DUVERNEY instituta experimenta in machina Boyleana, & in *Actis Acad. Paris 1701*. descripta, nunc in editione *omnium Auctoris Operum*, Tom. II. pag. 564. repetita, nos quoque tentavimus. Observavimus equidem quod plurimis emboli motibus, totus habitus corporis quasi margaritis adspergebatur, seu bullis aëreis, quæ circa squamarum marginem retinebantur; dein quod eo frequentiores erant maxillarum motus & *operculorum* pulsatio, quo crebrius intrudebatur ac extrahebatur embolus: quod etiam tunc ad aquæ superiora frequentius ascendebat piscis, aërem hausurus liberiores: eodemque tempore venter admodum intumuit: iteratis tandem emboli ascensu & descensu, aëreæ bullæ omnino subitoque evanuerunt: detumuit abdomen, & piscis aquæ fundum petiit, ubi periit quasi convulsus.

Piscis e machina pneumatica extracti & exenterati *vesica aërea* depleta erat; non autem disrupta, nam ab aëre per calammum vitreum insufflato rursus intumuit.

(a) VALENTINI Amph. Zoolog.

& s'y abbouche par un conduit pneumatique. Nous n'avons pu découvrir aucun muscle propre à dilater ou à resserrer cette vésicule.

Les *Soles* n'ont point de vésicule aérienne; & les poissons, auxquels on l'arrache, ou auxquels on la creve, vont au fond de l'eau.

On a beaucoup raisonné sur la nature de l'air, qui est contenu dans cette vésicule. NEEDHAM a mis en doute, si cet air étoit repris par les artères & par les veines, ou s'il étoit séparé du sang qui arrose le tissu de cette vésicule (a): il a même cru qu'il étoit absolument nécessaire pour la digestion & qu'il augmentoit la fermentation & la cœction des aliments dans l'estomac. Du reste il pensoit comme tous les Naturalistes, que cette vésicule est nécessaire pour nager.

Quant aux expériences faites avec la machine du vuide, & rapportées par le célèbre DUVERNEY, *Mem. de l'Acad. roy. Paris 1701.* inféré maintenant dans l'édition de toutes ses *Oeuvres anatomiques*, Tom. II. p. 564. Nous avons observé comme lui, 10. qu'après plusieurs coups de piston, le corps du poisson a été tout couvert de petites bulles, qui sortoient d'entre les écailles, & se ramassoient sur leur bord. 20. que plus on répétoit les coups de piston, plus le mouvement de la bouche & celui des opercules étoient fréquents. 30. que pour lors le poisson venoit à la surface de l'eau pour y respirer plus librement, & que son ventre s'étoit beaucoup enflé; enfin ayant pompé avec force, les bulles d'air ont toutes disparu: le ventre s'est tout-à-coup désenflé, & l'animal est allé à fond, où il a expiré après plusieurs mouvemens convulsifs.

Ayant tiré le poisson de dessous le recipient, & l'ayant ouvert, nous avons trouvé la vésicule aérienne désemplie, mais non pas crevée; car l'ayant soufflée avec un tuyau de verre, elle s'enfla comme dans l'état naturel.

X 2

(a) VALENTIN hist. des animaux.

Vigente hyeme 1766, aqua vasis, in qua *Cyprinos chinenses* colo, per noctem congelata, observabam, quod ipsi ad aquæ superficiem, infra glaciem, ascendebant. Horum unus ita macie dein confectus fuit, ut ossa enumerari possent, periitque post menses quatuor. Per id tempus in fundo repebat, & ad aquæ superiora rarius, idque nonnisi maximo conatu sese attollebat, cito pessum iturus.

LVII. I N T E S T I N A.

Hæc, quæ in homine transversim involuta & varie intorta sunt, in piscibus situ ut plurimum longitudinali, bis aut quater abdominis longitudinem excurrunt. Intestinum superius appendicibus cavis, seu *intestinulis cæcis*, prope exortum *pylori* instruitur innumeris, I-100, ad ciborum digestionem perficiendam necessariis. Inferius, seu *rectum*, *Tab. IV. fig. 1. D*, *vesicæ urinarie* subiectum, ad *anum*, *Tab. IV. fig. 1. B*, recta tendit proprio donatum *sphinctere*. Intus quandoque simplex, in aliis valvulosum, membrana scilicet interna in spiram acta, ut in *Squalis*.

LVIII. H E P A R.

Sæpissime flavicans, dextram, sinistram aut anticam abdominis partem indiscriminatim tenet, & ipsius partim aut omnino cavum assequitur, intestinis ventriculoque subjacens. Simplex in quibusdam piscibus, bilobum trilobumve in quamplurimis.

LIX. VESICA FELLIS.

Hæc in omnibus adest, ovata aut oblonga; hepatis interiori superficiem dextroque lobo annexa, ductu cystico longiori distinguitur; ductum etiam offert *choledochum*, qui in *pylorum* aut intestinum sibi viam patefacit.

Pendant les fortes gelées de 1766, l'eau du bassin, dans lequel j'éleve des *Poissons dorés de la Chine*, s'étant gelée, ces petits animaux venoient souvent à la surface de l'eau sous la glace. Un d'entre eux tomba dans une telle langueur, & maigrit si fort qu'on lui voyoit les côtes à travers les écailles: il mourut quatre mois après. Pendant sa maladie il resta au fond de l'eau, & il ne montoit à la surface qu'avec de très-grandes agitations pour retomber bientôt après à fond.

LVII. LES INTESTINS.

Le paquet intestinal, qui dans l'homme est placé en travers & est différemment entortillé, est tiré en long dans les poissons. Le premier est ordinairement garni de plusieurs appendices, comme d'autant de petits intestins *cæcum*, placés d'abord après l'orifice inférieur de l'estomac, & qui varient infiniment par leur nombre. Quelques poissons n'en ont qu'un, d'autres en ont plus de cent; & ces appendices paroissent nécessaires pour donner au chyle la dernière élaboration. Le dernier de tous les intestins, ou le *rectum*, *Pl. IV. fig. 1. D*, est placé sous la vessie urinaire, & va droit à l'anus, *Pl. IV. fig. 1. B*: il a son muscle *sphincter*. Sa cavité est quelquefois garnie de soupapes, ou sa tunique intérieure est plissée en volute, comme dans les *Chiens de mer*.

LVIII. LE FOIE.

Ce viscere est ordinairement jaunâtre, situé indifféremment au côté droit, au côté gauche, ou sur le devant du ventre, dont il remplit les deux tiers de la cavité. Il est placé sous les intestins & sous l'estomac; tantôt simple, tantôt divisé en deux, trois, ou plusieurs lobes.

LIX. LA VÉSICULE DU FIEL.

Tous les poissons ont cette vésicule. Elle est ovée ou oblongue, située sous le côté droit du foie, elle communique avec l'estomac ou avec les intestins par un conduit cystique & par un conduit coledoque.

LX. SPLEN.

A sinistro latere ventriculo subjacet; aut etiam antice vergit. *Hepate* multo minus, planiusculum, coloratum, oblongum, rarissime lobatum.

LXI. VESICA URINARIA.

TAB. IV. FIG. 2. D.

Hæc ut plurimum ovata, non communi foramine in intestinum & anum hiat, ut putarunt Ichthyographi plurimi (*), sed peculiari foramine post anum juxta caudam, anum inter & pinnam cognominem, *Tab. IV. fig. 2. C.* Intestino *recto* superincumbit, mediantibus fasciculis adiposis organisque, de quibus infra.

LXII. RENE S.

TAB. IV. FIG. 3. E. E.

Hi plani, sæpius rubri, superne latiores, sensim ad *ureteres* attenuati, integram fere abdominis longitudinem adæquant; vertebris subjecti & appressi, peritonæo incumbentes, sibi invicem appositi & parallelo situ ad extremum abdomen tendunt & ad usque vesicæ urinariæ fundum, quem simul coalitis ureteribus penetrant.

His carere pisces singulos putaverunt SCHELHAMMERUS, NEEDHAM aliique.

LXIII. ORGANA GENITALIA.

TAB. IV. FIG. 1. E. E. FIG. 2. C. C. FIG. 3. B. B.

Latuit diu organorum in piscibus genitalium existentia; latet etiam partim illorum structura, pisciumque coïtus. Pisces enim

(*) VALENTINI, NEEDHAM, *Theat.* tab. LXVIII. fig. 2.

LX. LA RATE.

Elle est placée sous le côté gauche de l'estomac, & quelquefois un peu en avant. Elle est aplatie, oblongue, colorée, rarement divisée en plusieurs lobes, & beaucoup plus petite que le foie.

LXI. LA VESSIE URINAIRE.

PL. IV. FIG. 2. D.

On la trouve dans tous les poissons. Elle est ordinairement ovée, & ne communique pas avec l'intestin *rectum*, comme l'ont cru plusieurs Naturalistes (*): mais elle a un aboutissant particulier sous la queue PL. IV. fig. 2. C, après le trou de l'anus: & avant la nageoire qui porte ce nom. Elle est placée sur l'intestin *rectum* & en est séparée par deux corps graisseux & deux organes, dont nous parlerons ailleurs.

LXII. LES REINS.

PL. IV. FIG. 3. E. E.

Les Reins sont deux corps aplatis, rougeâtres, larges en haut, rétrécis par le bas, leur longueur est presque égale à celle du ventre. Ils sont attachés aux vertèbres, séparés de la cavité du ventre par le péritoine, collés l'un à l'autre. Ils descendent jusqu'à la région de la vessie urinaire. Dans cet endroit leurs uretères se confondent & s'infèrent dans la vessie urinaire.

NEEDHAM & plusieurs autres ont annoncé, que les poissons n'avoient pas de reins.

LXIII. LES ORGANES DE LA GÉNÉRATION.

PL. IV. FIG. 1. E. E. FIG. 2. C. C. FIG. 3. B. B.

On a long-tems ignoré, si les poissons avoient des parties propres à la génération. On a encore beaucoup à desirer sur cette matière;

(*) VALENTIN, NEEDHAM, *Theat. plan.* LXVIII. fig. 2.

non eodem anni tempore omnes coeunt, & falluntur forsitan Ichthyologi ipsimet tum qui putant feminas maris liquorem spermaticum vorare, tum qui existimant mares feminea ova spermate proprio irrorare. An etiam mares *pene* intrent feminas*, avtophis, si possint, observandum relinquo, qui fluviorum aut maris littora lustrare sapius valent. Ipsa interim describam quæ cultro & injectionibus anatomicis detexi.

LXIV. ORGANA MARIS.

TAB. IV. FIG. 1. E. E.

Infra abdomen pone anum occurrit, ut jam dixi, foramen aliud *Tab. IV. g. 2. C*, quod *urethram* non immerito appellare juvat. Ab aëre per ipsum insufflato intumescere loca abdomini vicina, a latere intestini *recti* ad usque mediam abdominis longitudinem. Ex hac intumescencia autumans me partes quasdam detecturum fore, injeci ope syringæ liquorem infusorium, qui aëris jam insufflati sedem occupavit; in coagulum mutata injectione, ac gemina instituta incisione longitudinali ad latera abdominis, sequentia, quæ in figuris exhibentur *Tab. IV.* obtinui.

Primum sese prodiit intestinum *rectum Tab. IV. fig. 1. D.* ad foramen ani *fig. 4. B.* tendens. Ad latus intestini duo adfunt corpora oblonga, *fig. 4. E. E.*, rubri coloris, carnosa, parallela, sed remota; 1^o. a se invicem, seu lateraliter, mediante vesicula aërea, *fig. 1. G*; 2^o. antrorsum a *recto* intestino, mediantibus fasciculis duobus adiposis planiusculis solidis; 3^o. & retro a *peritonæo renibusque*, mediantibus aliis fasciculis adiposis similibus, *fig. 1. F. F.* Secundo, detracto deinceps intestino

(*) Vide infra LXIV. notam.

tant sur la structure de leurs organes, que sur leur accouplement. Ils ne frayent pas tous dans la même saison; & les Naturalistes, qui pensent que la femelle avale le fraie ou sperme du mâle, ne sont peut-être pas plus fondés que ceux, qui croient que le mâle couvre de son sperme les œufs, que la femelle a déjà répandus dans l'eau. Peut-être s'accouplent-ils (*) C'est ce que doivent vérifier ceux qui sont à portée d'observer dans les ports de mer, ou près des rivières. Nous allons décrire ce que nous avons découvert sur ces animaux à la faveur de nos injections anatomiques & du scalpel.

LXIV. LES ORGANES DU MÂLE.

PL. IV. FIG. 1. E. E.

Nous avons dit, en parlant de la vessie urinaire, que l'on voyoit, sous le ventre & à une ou deux lignes de distance de l'anus, un trou particulier, *Pl. IV. fig. 1. C.* que nous pourrions appeler *urethre*. Nous soufflâmes par ce trou; l'air enfla les parties latérales du ventre, dans un sens différent de celui de la situation de l'intestin *rectum*, & cette intumescence monta vers la région moyenne du ventre: ce qui nous fit soupçonner, qu'à la faveur de l'injection nous pourrions découvrir les organes de la génération d'un sexe quelconque. Nous injectâmes donc par ce trou, & l'injection suivit la même route, que l'air, que nous y avions soufflé auparavant. Lorsque l'injection fut coagulée, nous ouvrimus la cavité du ventre par deux incisions parallèles, longitudinales, & nous trouvâmes ce qui est gravé dans la *Planche IV.*

Le premier corps, qui se présenta, fut le paquet intestinal, & le *rectum*; *Pl. IV. fig. 1. D.* qui va aboutir à son trou particulier, *fig. 4. B.* A côté de l'intestin *rectum* sont deux corps cylindriques *E. E.* rougeâtres; longs, charnus, parallèles, séparés l'un de l'autre, 1^o. latéralement par la vésicule aérienne, *fig. 1. G.*; 2^o. antérieurement du *rectum*, par deux masses graisseuses, plates, assez solides; 3^o. par derrière, ils sont soutenus par deux autres paquets graisseux, *fig. 1. F. F.*, qui empêchent leur contact avec le *péritoine* & avec les *reins*. Nous séparâmes l'intestin d'avec ces paquets graisseux, & l'ayant couché

Y

(*) Voyez ci-après LXIV, la note.

stino recto reversoque a latere, *fig. 2. B*, in conspectum venerunt ipsorum organorum basis & pone ipsam *vesicæ urinariæ* fundus, *fig. 2. D*. His dissectis insuper a parte postica, femotistum a *peritonæo*, tum a *vesica aërea*, tum ab ipsamet *vesica urinaria*, innotuit ipsorum organorum genitalium cum *vesica urinaria* osculatio, & modum quo a parte antica peculiari foramine in eandem hiant, observare licuit. *Fig. 3. C. C.*

Supra ipsorum anticam faciem, seu subtus, repit vena major, *fig. 1. I. I.*, *fig. 2. G. G.*, *fig. 3. G. G.*, recto & tramite, ramulis suis, diversimode intertextis, totam ipsorum substantiam permeat. Vena, quæ a dextro abdominis latere sita est, hepar postquam irroravit, sanguinem ad *sinum LXXI* revehit, dum congener à latere sinistro ipsum quoque ad eundem sinum trans lienem desert.

Aperto tandem uno ex ipsis, detractoque injectionis coagulo, prodiit ipsius cavitas, plicata, glandulis referta, papillosa, animalium ruminantium *reticulum* æmulans (*).

Ex hoc anatomico examine patet, quod organa recensita & *vesica urinaria* suum habeant ab ano distinctum foramen exterius, *Tab. IV. fig. 1. C*, *fig. 3. D*, non secus ac in homine. Nil autem sese nobis obtulit *vesiculis seminalibus* analogum; si tamen, ut monent plures, instante aut accedente coitus tempore, organa hæc liquorem præbent fermati similem, non immerito tanquam organa masculina habenda sunt, ipsorum præcipue spectatis numero, figura & situ.

(*) Hæc corpora observaverat NEEDHAMUS, *Valent. amph. Zool. pag. 106. art. V VI.*, cui vero usui destinata fuere, quænam ipsorum cum *vesica urinaria* osculatio non tradit? imo ex icone *LXVIII.* patet ipsum putasse, organa hæc eundem cum ano habere exitum; quod falsum.

Ipsimet Cl. ARTEDIUS, LINNÆUSQUE, qui *vesiculas seminales* maribus tribuunt, de his certe loqui voluerunt. Cur autem, dum hæc tanquam organa maris spectarunt, illa potius non dixerunt *testes* quam *vesiculas*? & ipsamet *vesicæ*, glandulæve in parietibus ipsorum sparse, nonne secretoria vascula dici debent?

fous le côté, *fig. 2. B*, nous découvrimés la base de ces deux corps, & derriere eux celle de la *vesse urinaire*, *fig. 2. D*; nous disséquâmes ensuite ces deux corps par derriere, nous les séparâmes de la portion du *péritoine* qui les attachoit, tant à la *vesse aérienne* qu'à la *vesse urinaire*, & nous vîmes, qu'ils alloient s'insérer sur la face antérieure, inférieure de la *vesse urinaire*, dans laquelle ils s'ouvrent par un trou particulier, *fig. 3. C. C.*

On voit sur la face antérieure, ou inférieure de ces deux organes une grosse veine longitudinale *fig. 1. I. I*, *fig. 2. G. G.*, *fig. 3. G. G.*, dont les rameaux sont fort multipliés & entourent toute leur surface. La veine du côté droit monte & entre dans le foie, d'où elle sort ensuite pour rapporter le sang dans un *sinus veineux*, dont nous parlerons après; la veine du côté gauche entre dans la rate, & de là dans le même sinus veineux.

Nous fîmes ensuite une incision longitudinale à l'un de ces corps, & ayant tiré l'injection, nous vîmes qu'il étoit cave dans le milieu; ses parois sont tous plissés, mammelus, & froncés comme l'estomac des animaux ruminans, (*).

On voit par cet exposé anatomique, que ces organes & la *vesse urinaire* ne s'ouvrent pas dans le rectum, & qu'ils ont, comme dans l'homme, un aboutissant particulier, *Pl. IV. fig. 1. C*, *fig. 3. D.* Nous n'avons rien pu trouver qui ressemblât à deux vésicules féminales; mais si, comme l'assurent plusieurs Auteurs, ces deux corps donnent dans le tems du fraie une liqueur analogue au sperme, nous devons les regarder comme les organes du mâle, sur-tout si l'on a égard à leur nombre, à leur figure & à leur situation.

Y 2

(*) NEEDHAM avoit bien vu ces deux organes, *Valentin Zool. pag. 106. art. V-VI.* mais il n'a rien dit de la maniere, dont ils s'abbouchent dans la *vesse urinaire*, ni de leur usage. Il laisse même croire, qu'ils s'ouvrent dans l'intestin *rectum* & dans l'anüs; ce qui est faux.

ARTEDI & le célèbre LINNÉ, en parlant des mâles parmi les poissons, ont dit vaguement qu'ils avoient de vésicules féminales. Il paroît que c'est de ces deux organes qu'ils ont voulu parler; & s'ils les ont regardés comme les organes sécrétaires de la semence du mâle; ne devoient-ils pas leur donner le nom de *testicules*? & les mammelons qui sont contenus dans leur intérieur ne seroient-ils pas autant d'organes sécrétaires de la liqueur féminale?

NOTA. In quibusdam piscibus, *Gobiis*, *Ophidio*, *Cepola*, *Blenniis*, in prædicti foraminis anteriori margine, eminet tuberculum conicum, dimidiam feminis miliacei molem adæquans. Determinent Avtoptæ, an præfata protuberantiuncula sit utrique sexui communis, an vero alterutri & cuinam? atque ita utrum sit penis virilis aut clitoris?

LXIV. O V A R I A.

Jam vero in aliis, quos dissectui pisces, aliud mihi obvium fuit sexuale organum, in ipsomet abdomine situm, magis minusve longum, bilobum trilobumve, hepatis non ab simile, albidum aut lutescens, interdum nigricans, constans globulis vel ovis conglomeratis & tenui membrana involutis aut quasi concatenatis. In aliis piscibus duo obvia fuere, unum scilicet utrinque a lateribus intestini *recti*. Hi ovarum fasciculi pone *rectum* intestini descendunt, ac organorum maris jam recensitorum instar, pari passu in infima & antica parte bafeos vesicæ urinariæ hiant. Quod autem in ipsis cicatriculam microscopii ope detegere non datum fuit, causa sane ex eo repetenda, quod suum forsan vix affecta erant terminum (*).

LXV. B R A N C H I Æ.

TAB. I. FIG. 1. B. B. B. B.

Branchiarum anatomem ex Cl. DUVERNEY ARTEDIOQUE hic loci mutuabimur, ne legentem ad viros prælaudatos confugere oporteat. *Vide DUVERNEY act. Paris 1701. Oeuvres anatomiques, 4. Paris 1761. Tom. II. p. 565. ARTEDI Philos. Ichth. p. 22-23. qui sic differit:*

(*) Cl. SLOANE scripsit olim *Societ. reg. Paris.* de modo, quo pisces castrandi sunt; extat etiam methodus altera in *Actis æconomicis*. Has felici successu adhibuit Nobil. DE LA TOUR.

REMARQUE. On voit dans quelques poissons, comme les *Goujons*, *Donzelles* &c., sur le bord antérieur de l'urethre, un petit tubercule conique, gros comme la moitié d'un grain de miller; c'est aux Observateurs à examiner, si cette appendice est commune aux deux sexes, ou propre à l'un des deux, & auquel? Si c'est une verge du mâle, ou le clitoris?

LXIV. LES OVAIRES.

Dans d'autres poissons, que nous avons disséqués, au lieu des deux organes, dont nous venons de parler, nous avons trouvé dans la cavité du bas ventre, une masse plus ou moins longue, divisée en 2 ou 3 lobes, à-peu-près ressemblante au foie blanchâtre, jaunâtre, ou noirâtre composée d'une quantité de globules ou œufs attachés ensemble, par un tissu tres-mince. Dans d'autres poissons, au lieu d'un paquet, nous en avons vu deux, un de chaque côté de l'intestin. Ces paquets ainsi composés descendent derriere l'intestin, & s'attachent à la partie antérieure & inférieure du col de la vessie urinaire, à l'instar des organes du mâle. Nous n'avons pas pu découvrir, s'il y avoit une cicatrice sur les œufs; peut-être n'étoient-ils pas assez avancés. (*).

LXV. LES OUIES.

PL. I. FIG. 1. B. B. B. B.

Nous emprunterons ici de DUVERNEY & d'ARTEDI la description anatomique des *Branchies* pour ne pas obliger le lecteur de recourir à leurs ouvrages. Voyez DUVERNEY *Mem. de l'Acad. roy. des Sciences* 1701. ou ses *Oeuvres anatomiques*, 4. Paris 1761. Tom. II. p. 565. Item ARTEDI *Philos. Ichth.* p. 22-24. qui en parle de la maniere suivante:

Y 3

(*) On peut voir dans les *Mémoires de l'Acad. roy. des sciences de Paris*, & dans les *Journaux économiques* les différentes manieres de châtrer les poissons que Mr. le Baron DE LA TOURDAIGUES a lui même employé avec beaucoup de succès.

- » Constat autem singula branchia vel ex osseo semi-circulo , vel
 » aliter formato , qui convexa sui parte plumam seu folium
 » quasi continet. Singulum folium iterum ex duplici lamina-
 » larum ossæarum serie in modum falcis efformatarum com-
 » ponitur. Laminulæ autem convexo arcus ossei lateri an-
 » ãtuntur ope membranæ ipsum arcum investientis. Conve-
 » xa laminularum pars tota pilis quasi instructa est , ad basim
 » longioribus , ad apicem brevioribus : concava autem pars
 » multo breviores pilos & quidem ad medietatem tantum
 » continuatos obtinet. Connectuntur vero hi pili utrinque
 » per membranam subtilissimam , secundum totam longitu-
 » dinem , extremitatibus tamen disjunctis. Concava pars cujus-
 » libet laminæ partim convexæ laminæ oppositæ applicatur ,
 » omnesque laminæ invicem connectuntur ope membranæ a
 » basi illarum ad medium altitudinis porrectæ , ubi membrana
 » crassior evadens funiculi speciem format , supra quem la-
 » minis annectitur per lunularum exiguarum extremitates , tot
 » quot spatia inter eas inveniuntur.
- » Reliquum laminæ liberum est , & in apicem subtilissimum ma-
 » xime flexilem desinit. Investiantur laminæ hæ membrana
 » subtilissima , & sic recipiendis ramificationibus vasorum ,
 » in branchiis inserviunt. Vasa vero in cavitatibus cujusque
 » arcus seu semi-circuli ossei prorepentia sunt arteria , vena
 » & nervus.

Tradit insuper Cl. DUVERNEY (*) vias , quibus aër branchia-
 rum vascula penetrat , quod , utrum verum sit , Physiologis
 examinandum relinquo.

Ere esset etiam mechanismum tradere , quo aqua foras elimi-
 natur per branchias , & notas , quibus animalium pisciumque
 pulmones alii ab aliis discrepant ; verum de his abunde dixi-
 mus (XI , XII , XIII , XV). In quadrupedibus scilicet , pulmo-

(*) Acta Acad. Paris, 1701. pag. 48. Dissert. pag. 224.

» Chaque Branchie est une côte un peu arquée, qui par sa partie con-
 » vexe représente assez bien une plume. Chaque plume, ou feuillet
 » est composée de deux rangs de franges en forme de faulx. Ces
 » franges sont attachées ensemble sur la convexité de la côte par
 » une membrane assez épaisse, qui revêt toute la côte. Chacune de
 » ces franges est elle-même garnie de petits poils ou barbes latérales,
 » dont les inférieurs sont plus longs que ceux, qui sont vers son ex-
 » trémité. Les poils qui sont placés sur la partie concave de chaque
 » frange sont plus courts & placés sur une seule file. Tous les poils,
 » dont nous venons de parler, sont libres par leur extrémité, & at-
 » tachés ensemble par le bas à la faveur d'une membrane très-mince.
 » Ils sont placés de manière, qu'ils se recouvrent les uns les autres,
 » c'est-à-dire que la convexité de chacun d'eux est couverte par la
 » concavité de l'antérieur, & que sa concavité recouvre la conve-
 » xité de celui qui suit &c. Les franges, ou barbes, qui composent
 » le feuillet de chaque ouïe, sont pareillement attachés ensemble par
 » une membrane plus épaisse, qui les revêt par moitié, & forme
 » autant de petites brides, ou freins transversales, qu'il y a d'espaces
 » entre les feuillets.

» L'extrémité de chaque frange est libre & très-déliée. Les vaisseaux,
 » qui parcourent & arrosent la substance des côtes & de leurs fran-
 » ges, sont une artère, une veine, un nerf, qui sont enveloppés
 » dans une membrane très-fine.

Nous laissons aux Physiologistes le soin de vérifier, si réellement, com-
 me l'annonce DUVERNEY, l'air, qui va aux branchies, se communique
 au sang (*).

Ce seroit ici le lieu d'expliquer le mécanisme, par lequel l'eau est re-
 jettée par les ouïes, & la différence, qu'il y a entre les poulmons
 des quadrupedes & ceux des poissons; mais nous en avons parlé
 suffisamment ailleurs (xi, xii, xiii, xv). Dans les quadrupedes les

(*) Mémoires de l'Acad. roy. des sciences de Paris 1701. hist. pag. 48. Mémoires,
 pag. 224.

nes & cor eadem cavitate continentur, dum in piscibus pulmones extra cavum pectoris siti sunt & a corde remoti.

Unum superest, quod describam, ad respirationem faciens, ossa nempe duo prismatica, unum utrinque, post ultimam branchiam reperiunda. Hæc exacte mespili nucleum referunt. Superficies ipsorum una, interna, plana est & cavum pectoris respicit: altera, exterior, etiam plana, margini clavicularum parallela est: tertia tandem superficies, seu latus, convexa est, angustior, & arcui clavicularum adaptatur. Hæc duo ossa clavicularum internarum instar superne capiti, inferius sibi invicem annectuntur, & antica pectoris component; mobilia sunt, & antrorsum extrorsumque abducuntur, dum attolluntur opercula; neque hæc ita moveri possunt, quin branchiæ sibi invicem approximantur, & quin integrum repleant spatium branchias inter & claviculas residuum. Qui motus ossium istorum conspicuus est, etiam si piscis in aqua aut extra aquam observetur.

Huic articulo non ante finem imponam, quam experimentum retulerim respirationis negotium illustrans, & ossium præfatorum usum utcumque determinans.

Ob perpetuum operculorum branchialium motum opinabar, quod ipso cessante aut quovis modo interrupto læderetur ipsius animalis vita. Qua de re ut certior fierem, caput piscis & opercula vinculo alligavi, pisce in aqua detento, in hunc finem, ut coerceretur motus operculorum: statim ab instituta vinctura frequentior observabatur extractilis maxillarum motus, æquilibrium, motusque natatorius ita momento fuere imminuta, donec piscis quasi agonus in latus recubuit: detracta subito fascia, piscis æquilibrium omnesque tum natationis tum operculorum motus pristinos recuperavit.

Repe-

poumons & le cœur font enfermés dans une même cavité: dans les poissons au contraire les poumons sont placés hors de la poitrine & séparés du cœur.

Il nous reste à parler de deux os, qui concourent au mécanisme de la respiration. Ils sont prismatiques, placés l'un & l'autre d'abord après la dernière branchie. On ne sauroit les mieux comparer qu'à un noyau de nœlle. Un de leurs côtés est interne, plat & regarde la cavité de la poitrine: l'autre est extérieur, plat & parallèle au bord externe des clavicules: enfin leur troisième côté est convexe, plus étroit que les autres, & correspond à l'arcade de chaque clavicule. Ces os forment deux especes de petites clavicules internes; ils sont attachés supérieurement à la tête; ils s'unissent ensemble par leurs extrémités inférieures, & forment la partie antérieure de la poitrine. Ils sont susceptibles de mouvement, & s'avancent de derriere en devant, & de dedans en dehors, dans le temps que les opercules s'élevaient, de maniere qu'ils appliquent les branchies les unes contre les autres, & qu'ils remplissent en partie l'espace, qui est entre les ouies & les clavicules. On voit facilement le mouvement de ces os, soit qu'on examine le poisson dans l'eau, ou hors de l'eau.

Avant de passer à un autre article, nous rapporterons une expérience qui explique le mécanisme de la respiration, & qui démontre l'usage de ces os.

Le mouvement perpétuel & alternatif des opercules des ouies nous fit soupçonner, que, si on venoit à l'interrompre, de quelque maniere que ce fût, la vie du poisson pouvoit en être considérablement altérée. Pour cet effet nous entourâmes sa tête avec un ruban, de maniere qu'il empêchat le mouvement des opercules; (cette opération fut faite sans tirer le poisson de l'eau); nous observâmes dès lors que le poisson ouvroit plus fréquemment la bouche, qu'il perdoit peu-à-peu l'équilibre & le mouvement, & qu'enfin se renversant entièrement sur le côté il paroissoit prêt à expirer. Tous ces accidents survinrent dans l'espace d'une minute: nous ôtâmes ensuite promptement la ligature; le poisson reprit peu-à-peu ses mouvemens, son équilibre, & parut aussi gai qu'auparavant,

Repetito tentamine, & laxiori instituta operculorum ligatura, debilis motus ipsorum superstes maxillæque extractio frequentiores fuere.

His ergo pensitatis non immerito conjicimus, continuas operculorum elevationem & subsidentiam analogas esse motibus ampliacionis & constrictionis pectoris animalium, quæ pulmonibus in aëre libero respirant.

LXVI. PECTUS

Non est biloculare, ut in quadrupedibus; minimum est ipsius cavum, irregulare & quasi triangulare; quod patet attendenti ad unionem clavicularum, vertebrarum, scapularum, & sterni. Antice a branchiis distinguitur, clauditurque ossium jam memoratorum concursu; superne etiam œsophago; postice ope diaphragmatis. In hoc latent *cor* & quæ ad ipsum pertinent.

LXVII. DIAPHRAGMA

Partim tendineum, partim carneum; superne ad nucham vertebrasque primarias inseritur; œsophago perforatur, & obliquo tramite infra scapulas sternumque descendens, ipsis, atque supero clavicularum margini annexum, postice thoracem claudit.

LXVIII. PERICARDIUM

Aperto jam thorace occurrit *Pericardium*. Est autem sacculus tenuior, coloratus, cor includens, ipsoque duplo triplove capacior: partim liber est, partim adhæret sterno, claviculis, vertebris, partibusque circumpositis, & aquæ quandam copiam continet: statim occurrit cum *diaphragmate*, *corde*, & cavitate

En réitérant cette expérience nous serrâmes beaucoup moins les opercules, enforte que leur mouvement subsistoit en partie; alors il devint plus fréquent; nous vîmes redoubler aussi le mouvement de la bouche.

De cette expérience bien considérée ne peut-on pas conclure, que le battement des opercules est analogue à la dilatation & à l'affaiblissement ou constriction de la poitrine des animaux qui respirent dans l'air libre?

LXVI. LA POITRINE.

Cette cavité n'est pas divisée en deux, comme dans les quadrupedes; elle est très-petite, d'une forme irrégulière & presque triangulaire: on n'a qu'à se rappeler, qu'elle est la réunion des clavicules, des vertèbres, des omoplates, & du sternum. Antérieurement elle est séparée des ouies & fermée par les deux os, dont nous venons de parler; supérieurement par l'œsophage; postérieurement par le diaphragme. Les parties, qu'elle contient, sont le cœur & ses parties accessoires.

LXVII. LE DIAPHRAGME.

Le *Diaphragme* est une cloison en partie charnue, en partie tendineuse, qui est attachée supérieurement vers la nuque & aux premières vertèbres: elle est percée par l'œsophage, & descend obliquement de derrière en devant, en s'attachant tout le long du bord supérieur des clavicules, sous les omoplates & sous le sternum: elle forme la face postérieure de la cavité de la poitrine.

LXVIII. LE PERICARDE.

Quand on a ouvert le diaphragme, on voit une toile mince plus ou moins colorée, appelée *Pericarde*. C'est un petit sac qui enferme le cœur, & qui en égale deux ou trois fois le volume: il est en partie libre, en partie adhérent à toutes les parties voisines, comme aux premières vertèbres, aux clavicules, au sternum, & contient une liqueur qui lui est propre. On n'a qu'à faire une incision entre les deux

thoracis, si instituat^r incisio pinnas inter pectorales supra sternum.

LXIX. COR. TAB. IV. FIG. 4. A.

Sterno superincumbit; & latet inter apices *clavicularum* inferos, infraque *branchiarum* par ultimum, mediantibus ossibus jam descriptis LXV. Variat sæpius; semi-circulare; compressum, in *Cyprinis*; prismaticum seu pyramidale in *Mugile*; tetraëd^rum in *Scombris*. Neque situm transversum obtinet, ut refert ARTEDIUS, sed longitudinalem, ut in homine; & in eo discrepat, quod ipsius mucro caput piscis respicit.

Uniloculare est, & intus rugis auctum, seu quasi loculamentis refertum: ab orificio superiore & anteriore cum *aorta*, & ab orificio laterali cum *auricula* commercium habet.

LXX. A U R I C U L A.

TAB. IV. FIG. 4. B.

Sic vocatur facculus musculosus, cordi concolor, tenuiorque, cordis lateri sinistro adnatus. Hujus cavitas cordis ventriculo multo major est, & duplici instruitur foramine: horum *superius* in cordis ventriculum hiat; *inferius* vero cum sinu venoso LXXI. communicat.

Numerosæ omnino, ut dixit Cl. DUVERNEY, extant fibræ tendinæ, valvulæque, tum in utroque cordis & auriculæ cavo, tum ad insertionem ipsorum mutuan; quæ forsan impetum sanguinis coërcent.

nageoires pectorales, ou sur le sternum, si l'on veut découvrir tant la cavité de la poitrine, que le *diaphragme* & le *pericarde*.

LXIX. LE COEUR. *PL. IV. FIG. 4. A.*

Ce viscere est placé presque sur le sternum, entre les deux extrémités de l'arcade des clavicules, & audeffous des ouies postérieures, desquelles il est séparé par les deux os que nous avons décrit, LXV. Sa forme n'est point constante: il est applati dans plusieurs poissons, tels que les *Carpes*; triangulaire ou pyramidal dans d'autres, le *Muge*; tétraèdre dans le *Thor*. Sa situation n'est pas transverse, comme le dit ARTEDI, mais longitudinale, de même que dans les quadrupèdes, & avec cette différence, que la pointe regarde la tête du poisson, & sa base est dirigée vers le diaphragme.

Le cœur n'a qu'un ventricule ou cavité, dont les parois sont toutes ridées, & offrent quantité de petites cavités: il est ouvert supérieurement par un orifice, qui répond à l'*artere aorte*, & latéralement par un autre, qui communique avec l'*oreillette*.

LXX. L'OREILLETTE.

PL. IV. FIG. 4. B.

L'Oreillette est un sac musculueux de la même couleur que le cœur, très-mince, situé à la partie latérale gauche de ce viscere. Sa cavité est plus considérable que celle du ventricule; elle est percée par deux trous: l'un supérieur, l'autre inférieur: par le trou *supérieur* elle communique avec le trou latéral gauche du cœur, & par le trou *inférieur* elle s'abouche avec un autre sac ou sinus, dont nous parlerons plus bas, LXXI.

L'on remarque fort bien, comme l'a très-bien dit Mr DUVERNEY, à l'embouchure de l'oreillette dans le cœur, tout comme dans l'une & l'autre cavité; une quantité de petites ou cordes ou fibres tendineuses, & de valvules, qui empêchent vraisemblablement, que le sang qu'elle reçoit, ne la distende trop.

LXXI. SINUS VENOSUS.

TAB. IV. FIG. 4. L.

In imo thoracis cavo infra auriculam adest receptaculum alterum auricula multo capacius, alioquin simile, transversim, non secus ac diaphragma situm, & foraminibus quatuor pervium: uno *supero*, cum foramine inferiori auriculæ communi; *tribus infernis*, quibus rami venosi totidem Tab. IV. fig. 4. K. K. M. excipiuntur. Horum, qui medium tenet fig. 4. M. nihil aliud est, quam portio trunci majoris, vena cava inferior, qui vertebris subjacet & sanguinem ab extremo corpore ad *sinum* adsportat. Rami duo laterales fig. 4. K. K. sunt quoque extrema supera venarum, in fig. 1. E. E. 2, 3. G. G, exhibitarum, quæ ab organis genitalibus reduces, *hepar* & *lien* postquam permearunt, ad *sinum* quoque tendunt.

LXXII. AORTA. TAB. IV. FIG. 4. C. D.

Circa generalissimam aortæ divisionem notas quasdam ex eo addimus, quod ipsius divisiones non eodem prorsus se habent modo, ac in tabula VALENTINA LXXII, & descriptione AR-TEDIANA exhibentur.

Superiori equidem cordis apici adhæret, conica, fig. 4. C, intus columnis seu fibris referta; dein coarctatur D, & 1^o. ramum utrinque unum E. subministrat brevem, qui mox in alios duos F. G. scinditur. Inferior F, seu posterior arcuatur retrorsum & branchiam petit posteriorem: alter G. a priori per angulum obliquum recedens, recto tramite in tertiam branchiam transit.

2^o. Truncus arteriæ deinde normaliter fere dividitur. Rami H. H. qui secundam, & rami I. I. qui primam seu superiorem branchiam attingunt, per paria & æquali spatio distant a se invicem: sed rami summi I. I. incurvantur modo diverso ac

LXXI. LE SINUS VEINEUX.

PL. IV. FIG. 4. L.

On trouve à la partie inférieure de la moitié de la poitrine & au dessous de l'oreillette, un sac beaucoup plus grand qu'elle, mais d'une même nature; il est placé en travers & dans le même sens que le diaphragme: ce sac communique *supérieurement* avec l'oreillette par un gros trou, & reçoit *inférieurement* trois gros troncs de veines *Pl. IV. fig. 4. K. K. M* Celui du milieu *Pl. IV. fig. 4. M*, est le plus gros, & est la continuation d'une veine, qui vient de l'extrémité du corps; cette veine est adossée à la colonne vertébrale, & faisant fonction de veine cave, rapporte le sang dans le sinus veineux. Les deux rameaux latéraux *Pl. IV. fig. 4. K. K.* sont la continuation des veines, que nous avons décrit en parlant des organes du mâle *Pl. IV. fig. 1. I I*; & qui après avoir traversé & parcouru le foie & la rate, se degorgent un de chaque côté dans le sinus veineux, de la même manière que la grosse veine cave du milieu *fig. 1. E. E. fig. 2. & 3. G. G.*

LXXII. L'AORTE. *PL. IV. FIG. 4. C. D.*

Nous ajouterons quelques notes au sujet de la distribution générale de cette artère, vu que l'estampe LXXII de VALENTIN & la description, qu'en a donné ARTEDI, ne s'accordent pas avec nos observations.

Cette artère est attachée à la pointe du cœur, & représente un petit cône *fig. 4. C*. Son intérieur est garni de petites colonnes ou cordes: ensuite elle se rétrécit *D*, & 1^o. donne de chaque côté un tronc latéral *E*. fort court, qui se divise d'abord en deux rameaux latéraux *F. G*. L'inférieur *F*, ou postérieur, décrit une courbe de devant en derrière, & va se loger dans la branchie postérieure: le second rameau *G*. s'éloigne du premier par un angle oblique, & va en droite ligne dans la troisième branchie, ou la pénultième.

2. Le tronc de l'aorte se divise ensuite d'une manière plus régulière. Les rameaux *H H*. qui vont à la seconde des branchies, & les rameaux *I I*. qui vont à la première, sont accouplés & éloignés les uns des autres: la dernière paire des rameaux *I I*. décrit une courbe à contresens de celle que décrit le rameau *F*; chacun de ces rameaux

rami infimi F. Jam vero rami omnes quatuor recensiti, in fulco supra convexitatem arcus branchialis cujuslibet excavato decurrunt, & coëunt fere juxta cranii basim, ante pectus in unum truncum *Tab. IV. Fig. 5.* ipsi non abfimilem, e quo originem sumunt.

Hunc autem truncum *Tab. IV. fig. 5.* A. A. A, seu aortam descendentem primum pariunt rami E. E. F. F. qui e prima & secunda branchia venientes, simul per paria uniuuntur & dein in truncum G. coëunt. Secundo rami C. D. e tertia & ultima branchia etiam recedentes, per paria in truncos B. B. coalescunt, qui a parte antica in aortam sibi viam patefaciunt. Aorta A. plurimas deinceps propagines emittit, quarum major una H. hepar penetrat; dum alia minor I. infra ramum H. enata, oblique supra aortam progrediens ad *Lienem* LXXI tendit. Rami vero K. K. K. K. sanguinem abdominalibus visceribus ac reliquis corporis partibus dispertiunt. Corpus tandem extremum assequitur aorta, vertebris subjecta, & venæ majoris cavæ *Tab. IV. fig. 4.* M. contermina; sanguinem per arteriolarum extrema effundit in venulas, quæ simili modo coëunt in truncum, qui dicitur vena cava, ut per ipsum ad *sinum* revehatur sanguis. Confer LXXI.

NOTA. Narrant DUVERNEY, ARTEDIUSQUE, se vidisse truncos majores duos, quorum unus (a) ab unione venarum branchialium enatus, aortam constituit descendentem; alter vero

(a) Tandemque omnes venæ, ARTEDI Philof. Ichth. pag. 25. n^o. 63., ex singulis semi-circulis offeis provenientes, aliæ scilicet superius, aliæ inferius, in unum truncum magnum concurrunt, qui truncus secundum spinam dorsæ progrediens & aortæ descendentis munere fungens, sanguinem reliquis corporis partibus distribuit.

d'aorte est logé dans un fillon, qui est creusé sur la convexité de l'arcade des ouies: ils forment par leur union vers la base du crane & avant la poitrine un tronc *Pl. IV. fig. 5.* presque semblable à celui, d'où ils tirent leur origine.

Ce tronc *Pl. IV. fig. 5. A. A. A.* est d'abord formé par les rameaux *E. E. F. F.* de la première & de la seconde branchie, qui par leur union fournissent ensuite le tronc *G.* Les rameaux de la troisième & quatrième branchie *C. C. D. D.* se réunissent par paires en deux troncs latéraux *B,* qui s'abouchent avec le tronc principal de l'aorte par sa partie antérieure. Cette artère fournit ensuite dans son trajet plusieurs rameaux: le rameau *H* va dans le foie, & est plus gros que le rameau *I;* celui *I* prend sa naissance presque sous le rameau *H;* il passe sur le devant de l'aorte, & va dans la rate. Les rameaux *K. K. K. K.* portent le sang dans les reins, dans les visceres abdominaux, & dans le reste du corps.

L'aorte descend ensuite jusqu'à l'extrémité du corps; elle est appliquée contre les vertebres, & adossée avec la veine cave *Pl. IV. fig. 4. M:* ce sang, que l'artere a porté dans le ventre & dans les parties inférieures, est repris par des rameaux veineux, qui à leur tour se réunissent & forment un seul tronc veineux, ou veine cave, *Pl. IV. fig. 4. M,* dont nous avons parlé.

REMARQUE. DUVERNEY & ARTEDI, en parlant de la distribution des rameaux artériels des ouies, assurent qu'ils ont vu deux troncs principaux, dont l'un (*a*) est produit par l'union des veines des ouies, qui s'abouchent par une de leurs extrémités, & forme l'aorte de-

A a

(a) Ces troncs de veines, DUVERNEY Mem. de l'Acad. roy. Paris, 1701. pag. 229, pleins de sang artériel, sortant de chaque côté, par leur extrémité, qui regarde la base du crane, prennent la consistance & l'épaisseur d'arteres, & viennent se réunir deux-à-deux de chaque côté & toutes ensemble ne font plus qu'un tronc. Après cela ce tronc, dont toutes les racines étoient veines dans le poulmon, devenant artere par sa tunique & par son office, continue son cours le long des vertebres, & distribuant le sang à toutes les parties du corps, fait la fondation d'aorte descendante.

vero (*b*) ab earundem venarum altero extremo coëuntium unione exurgens, sanguinem ad finem LXXI. adsporat.

1. Nunquam duplex sese nobis obtulit truncus; & ille quem deteximus, non in *sinum* LXXI. sed in aortæ descendens truncum mutatur *Tab. IV. fig. 5. A.*
2. Porro verosimilius est, ipsas arterias branchiales *fig. 4. C. D. E. F. fig. 5. C. D. E. F.* eodem munere fungi, dum branchias permeant. Vasa vero venosa, quibus sanguis a capite & branchiis redux fit, non innotuerunt. An hæc præbebunt ulterius repetitæ injectiones anatomicæ?


(*b*) *Sciendum autem est, ARTEDI ibidem, pag. 26. n^o. 64., easdem venas (63) altera sua extremitate, qua semicircularum exortum respiciunt, exonerari in alium truncum superius aortæ incumbentem, qui in receptaculum VERNEYI terminatur.*



